

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Theologica universa - Ettenheim-Münster 108 - Tom. II

Cartier, Gallus

[S.l.], 1795

Tractatus secundus - De angelis et homine seu de deo creatore

[urn:nbn:de:bsz:31-111018](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111018)

Lis 7 Col an 4

Tomii Secundi
Tractatus Secundus

De

Angelis et Homine

Seu

De Deo Creatore.

Index

Lis & Col.

Treatatus de Angelis p.	num.
Prooemium	1.
Caput primum de Angelis.	3.
§. primus, de existentia et natura Angelorum.	4.
§. secundus, de Angelorum auctore...	14.
§. tertius, de proprietatibus Angelorum	39.
§. quartus, de merito Angelorum	50.
§. quintus, de primo peccato Angelorum	52.
§. sextus, de variis Angelorum effectibus	69.
§. septimus, de variis Angelorum ordinibus	73.
Caput secundum, de aspectabili mundi hujus productione	76.
§. primus, utrum mundus sit ab aeterno	77.
§. secundus, inquam ordine unta visibilia condita sint	79.
Caput tertium, de creatione primi hominis	83.
§. primus, de iis, quae ad hominis creationem pertinent	84.
§. secundus, de gratia primi hominis	91.
§. tertius, de lapsum et peccato primi hominis	93.
Theses Theologicae ex prima parte Treatatus Theologici de Deo uno et Trino. De Deo uno	98.

~~Prologus ad Theses ex parte se-
cunda Tractatus Theologici de Deo
uno et trino, et ex Tractatu de
Angelis seu de Deo Creatore 99.~~

~~Theses Theologicae selectae ex
parte secunda Tractatus de Deo.
De mysterio S. Trinitatis, et ex
Tractatu de Angelis p. seu de
Deo Creatore 100.~~

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Handwritten text on the adjacent page, partially visible.]

Tomi Secundi
Theologiae Universalis

Theologia
Universalis Ettoniana

Tomi Secundi
Tractatus Secundus

De
Angelis & Homine.
Prooemium.

i.

B. H. h

i.

Postquam sufficienter, quan-
tum arbitramur, ea praecedenti Tracta-
tu expendimus, quae Deum prout in
se est, atque ad intra seu immanenter
operatur, atque adeo etiam divina-
rum ~~personarum~~ personarum pro-
ceptiones spectant; Doctrina ordo
postulare videtur, ut modo de his
agamus, quae ipse ad extra seu tran-
scurter operatur, nempe de crea-
turarum à Deo proceptionibus dispe-
ramus.

Operationes autem Dei ad extra
tres omnino numerantur, seu triplici-
ter creatura à Deo procedere intelli-
gitur, creatione scilicet, conservatione
et immediato concursu ad singulos cau-
sarum secundarum actiones, quem
Thomista praemotionem divinam cau-
sas secundas ad agendum applicantem,
nuncupant.

Creatio dupliciter sumitur. 1^o
latius et improprie pro qualibet pro-
ductione, quo sensu Sapientia De se
ipsa dicit Eccli 24. v. 14. Ab initio et
ante saecula creata sum. Et Ephes. 4. v. 24.

2. In dicitur novum hominem, qui secundum Deum creatus est. 2^o Strictius et proprie pro productione ex nullo prejacente subjecto, quo sensu hic augetur, atque definitur, productio totius entis ex nihilo. De qua intelligenda sunt haec Moysis verba Genes. i. v. 1. In principio creavit Deus coelum et terram, ut constat ex c. 7. v. 28. lib. 2. Machab. Beto, nate, ut aspicias ad coelum et terram, et ad omnia, quae in eis sunt, et intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, et hominum genus. Unde Concilium Lateranense IV. Cap. Firmiter ait: Utramque de nihilo condidit creaturam, spiritua-lem et corporalem.

Conservatio est continuata rei productio, seu continuus influxus in effectum. Quod autem creatura continuo influxu à Deo pendant declarat Scriptura, Psal. 103. Auferes Spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur: emittes Spiritum tuum, et creabuntur. [Act. 17. v. 28. In ipso... vivimus. Heb. 1. portans... omnia verbo virtutis sua.]

Concursum est ipsa creatura actio, prout est à Deo tanquam primo motore, et causa universali rerum omnium, live promoveat, et applicet causas secundas ad opus, live cum illis simultaneè concurrat. Hujus divini concursus necessitatem et existentiam declarat Scriptura, Act. 7. v. 28. In ipso... vivimus, et movemur, et sumus. Et Luc. 4 v. 30. Judeis concurrentibus, ut Christum Deum praecipua-

2 4

3.
rent ex Supericilio montis, ipse transiens per
medium illorum ibat, invisibilis nimirum
factus, Deo conuersum denegante eorum
oculis alioguin apertis. Habetur etiam
ex celebri Philosophorum effato, operari
sequitur esse: atqui, ex dictis, creatura
num esse absolute indiget continuo et
immediato Dei influxu: ergo et earum
operari. Deinde, omnis creatura essen-
tialiter pendet a Deo immediate influen-
te: ergo et eius productio; nam productio
creaturae est ipsamet creatura in motu
imperfecto, seu transiens a non esse ad
esse; ergo si creatura in nullo statu pos-
sit esse sine Dei influxu, sequitur De-
um influere ad eius productionem, seu
ad ea, quae ipsa producit. De creaturis
ergo secundum se spectatis ita nobis hic
differendum, ut non tam infas, quam
Deum in ipsis operantem, et quidem ple-
nius, quam anima in corpore, quod vivi-
ficat, intruentes, illum solum miseremus et
adoremus in operibus eius, siue aduersa,
siue prospera videantur.

Coro fide tenemus, creaturas 2
generatim dividi in invisibiles seu spiri-
tuales, et visibiles seu corporeas: pri-
oris generis sunt Angeli et anima huma-
na, quibus, ut jam in Metaphysica
nostra adnotavimus*, nonnulli recentio-
res Philosophi bellua animam adiungunt;
secundi generis sunt omnia quae corpo-
rea sunt et materialia. Enque patet,
quod inter creaturas nonnullae sunt, quae
omnino spirituales esse dignoscuntur,
ut Angeli; aliquae proorsus materiales,

* part. 2. c. 9.

4. ut corpora; alia vero ex Spiritu et corpore
constantes, ut homo; de quibus singul-
latim presenti Tractatu agemus, quem
quia inter illas creaturas praecipuae et
prime sunt Angeli, ab illorum nomi-
ne cum plerisque Theologis nomen
vimus; quamvis non modo de illis,
sed et de aspectabilis hujus universi
productione; necnon de homine,
ad cuius usum condita sunt omnia,
que sub sensu cadunt; Simus autem,
non quidem more Philosophorum,
qui naturam duem curiose sequun-
tur; sed Theologorum, qui, iuxta
Tertulianum, plura scire non ambi-
unt, quam quae à Deo revelante di-
dicerunt; cum alia ad salutem mini-
me sint necessaria.

Tribus porro capitibus hunc
Tractatum concludemus, in quorum
primò ea de Angelis expendemus, quae
postilla, quae de ipsis in metaphysica nos-
tra adnotavimus, adhuc expendenda
supersse videntur. In secundo de
aspectabilis hujus universi productione
tractabimus; et in Tertio denique de
homine differemus.

Caput Primum.
De Angelis.

5.

3.

ff. 5
3. p. 50

Angelorum nomine intelligimus Substantias, quarum Species inter Deum et hominem media sit: ita ut Deo sit inferior, et homine Superior. Quae autem circa huiusmodi Substantias considerari possunt, haec sunt, scilicet eorum existentia, natura, auctoritas, proprietates, meritum, peccatum, effectus, ordines. De quibus sequentibus S. p. his agemus.

S. Primum.

4.

De existentia et natura Angelorum.

Angelus secundum vim nominis, prout in Metaphysica nostra part. 2. c. 2. S. 1. iam indicavimus, idem est ac Nuntius, hinc Evangelium latine significat bonum nuntium. Angelorum vocabulum, inquit S. Gregorius, Hom. 34. in Evang. nomen est officii, non naturae... tunc solum sunt Angeli / coelestes Spiritus / cum per eos aliqua nuntiantur.

Generatim ergo dicuntur Angeli, qui a Deo mittuntur ad aliquod munus implendum. Nec novum est Spiritui Sancto, inquit Tertullianus, lib. cont. Iud. c. 9. Angelos appellare eos, quos ministros virtutis suae Deus profecit. Hoc sensu Sacerdotes Malach. 2. Angeli vocantur, Labia... Sacerdotis custodient silentiam... quia Angelus Domini exercituum est. Joannes Baptistista Angelus a Christo dicitur Matth. 21.

6. v. 10. Quin et ipse Dominus à Patre missus ap-
pellatur Angelus Testamenti, Malach. 3. v. 1.
Magni consilii Angelus, Isaia 9. junta 70. In-
terpretes.

Vox igitur Angeli, si vocabuli vis
spectetur, nomen est nominis ac officii,
non nature. Angelus officii nomen

6 * In Gal. 101. Serm. 1.
n. 15.

est, inquit S. Augustinus*, non nature p.
Speciatim autem apud Scriptores
Sacros et Ecclesiasticos, adeoque et Theo-
logos, nomine Angeli intelligitur, Spi-
ritus quidam creatus hō modo comple-
tus. Seu, Angelus est substantia crea-

c Vid. in Metaphy- intellectualis, cujuscunque sit ordinis*
Sicā nostrā, loc. cit.

ta, omnis materiae expers, completa et
intellectualis, cujuscunque sit ordinis*.
Dicitur Substantia creata, ut
distinguat^r à Deo. Omnis materia
expers, quo differt ab homine, qui est
spiritualis simul et corporeus. Com-
pleta in quo discrepat ab anima huma-
nā, quae quidem est omnino spiritualis,
sed incompleta, utpote pars hominis, qui
et corpore alterā huius parte essentiali, cons-
tat. Intellectualis, et tantā vi in-
telligendi praedita, ut Angeli simpliciter
vorentur Intelligentiae, vel Demonēs,
id est, Scientes. Hinc Eudemonis, id est, bo-
ni Angeli, et Caiodemonis, seu mali An-
geli nomina. Attamen in Scripturā Sarrā
Demon in malam partem accipi solet,
in nomine meo Demonia ejicient, Marci.
ult.

5. Igitur generatim duplicis speciei
sunt Angeli, mali nempe, Discidite in ig-
nem aeternum, qui paratus est Diabolo et An-
gelis eius, Matth. 25. v. 41. Et boni, Angelicor-
um in coelis semper vident faciem patris mei p.

Matth. 18 v. 10. Quamquam Theologi post
S. Gregorium in strictiori significatione
solos beatos spiritus Angelos vocitare solent,
quorum etiam, ut suo loco exponemus,
varii sunt ordines.

De Angelis igitur generatim quari-
tur 1.º an existant? 2.º an sint veri Spi-
ritus, immortales, necnon specie diversi? 3.º

Plures à veteribus Philosophis, Epicu- 6.
rei praesertim, Angelorum existentiam con-
tra Platonicos, et Peripateticos*, negarunt.
Primum ignorantes, inquit S. Thomas*,
vim intelligendi, et non distinguentes inter
Sensum et intellectum, nihil esse existi-
maverunt in mundo, nisi quod sensu et
imaginatione apprehendi potest. Et quia
sub imaginatione non cadit nisi corpus,
existimaverunt, quod nullum ens esset,
nisi corpus. In eundem errorem impe-
gerunt ~~Sadducei~~ inter Iudeos Sadducei,
quorum haeresis tempore Machabeorum,
ut fertur, exorta sic prevaluit in Ju-
daeorum Republica, ut quidam ex illis
summum Sacerdotium, et alias primarias
dignitates fuerint adepti. De his frequens
fit mentio in Evangelio, et illorum erro-
rem S. Lucas describit Act. 23 v. 8. his ver-
bis: Sadducei enim dicunt, non esse resur-
rectionem, neque Angelum neque Spiri-
trum. Nomine autem Angelorum, quod
loepè in Scripturis occurrit, intelligebant
divinas quasdam inspirationes, et impressio-
nes, quibus Deus suam voluntatem aut de-
clarat, aut exequitur.

4 p. 6

* vide in metaphy-
lica nostra loc. cit.
* i. p. 9. 50. a. i.

... a Patre mis-
... menti, Malach
... Haia g. justa
... li, si vorabili
... numeris au-
... officii roma-
... non natura
... m apud Scrip-
... ab eoque ut
... intelligitur
... suo modo con-
... Substantia
... pers, completa
... que sit omni-
... entia creata
... Omnis mater
... nomine
... porem,
... ab anima
... inno spiritus
... pars hominis
... te spiritus
... et tanta
... ngeli homi-
... ia, vel dem-
... demonis, qui
... onis, seu mal-
... in Scripturis
... em accipi
... ia efficiunt

Duplicis, scilicet
e, scilicet
est Diaboli et
t boni, Angelus
faciam boni

8. Hunc Sadduceorum errorem magna ex parte semio expusitarunt hodie Anabaptistae, qui omnia Scripturae testimonia, in quibus asseritur Angelorum custodia et demonum tentatio, de solis bonis vel malis cogitationibus interpretantur. Nudi tamen post Christum natum Haereticum leguntur eo progressi, ut cum Sadduceis angelicam naturam prostris negarent.

7. Quod naturam Angelorum spectat, praecipue huic quaeritur, an Angeli ita sint Spirituales, ita ut modum per ordinem ad corpus dicant, adeoque nec sint ejus forma seu cum eo tanquam materia compositum aliquod efficiant, neque eo tanquam instrumentis, ad suas operationes indigeant?

Certe apud veteres Ecclesia Scriptores non perinde ac hodie omnibus probata fuit sententia, Angelos esse incorporeos. Quidam enim Platonem secuti, tradiderunt, Angelos tam bonos quam malos esse corporeos, aut corpora sibi naturaliter unita habere, non quidem crassiora ac palpabilia, sicut sunt nostra, sed valde subtilia, tenuia, aëris instar, unde in Scripturis passim Spiritus, plerumque aëreo potestates appellantur. Ita sentisse S. Irenaeum, Tertullianum, Origenem, S. Hilarium, et nonnullos alios refert Petavius Tom. 8. Theologiarum dogmatum c. 2. quibus annumerantur, quotquot idem genes. 6. Videntes Filii Dei, juxta Septuaginta Interpretes, Angeli Dei filias hominum

quod essent pulchra, acceperunt tibi 9
 uxores, intellexerunt de Angelis, qui
 genuerunt gigantes, ut S. Iustinus, Apol.
 i. Viti foeminarum amore, susceperunt
ex eis progeniem, quam vulgus genios
vocat. S. Clemens Alexandrinus, lib. 3.
 Strom. Angeli cum fuissent incontinen-
tes, victi cupiditate, &c. Athenagoras
 in Apol. S. Cyrillanus, lib. de habitu
 Virginum, ad terrena contagia à coeles-
ti vigore receperunt. S. Ambrosius, lib.
 de Noë et Arca, c. 4. et lib. i. de Virgi-
 nibus, c. 80. Eusebius Praeparat. Evang.
 lib. 5. c. 4. Sulpitius Severus, hist. Eccl.
 lib. i. * Lactantius, lib. 2. inst. c. 15.

Ad quorum opinionem ex Recen-
 tioribus auerferunt Engubinus, lib. 8.
 De perenni philosophia, c. 29. Cajeta-
 nus, ad c. 2. Epist. ad Ephes. ubi putat
 Daemonem appellari ab Apostolo, prin-
 cipem tenebrarum et aëris, quia ejusmo-
 di habet corpus tenue et subtile. †

Nonnulli vero circa presentem
 questionem in anipiti versati sunt,
 atque de eâ tanquam re dubia locuti
 sunt. Ita imprimis S. Augustinus
 multis in locis. lib. 83. q. 9. 47. tribuit
 Angelis subtilissima corpora aërea. lib.
 i. de genes. ad litt. c. 18. Et lib. 9. de Civ.
 c. 13. vocat Angelum animal rationale
et immortale. Epist. iis. animal aëre-
um. Enchiridii c. 19. Difficillimam esse
 dicit questionem de corporibus Angelo-
 rum. Item lib. 21. de Civ. c. 11. dubiam
 relinquit questionem, an Dæmones ha-
 beant corpora necne. Librè autem

* vide infra sup. tom. i.
 Theol. nostra Tract.
 4. de SS. B. P. c. i. §. 2.

† Rupertus lib. i. de
 victoria Verbi,
 8. c. 26. peculiarem
 tradit hanc de re
 sententiam: ait
 enim, Dæmones
 ante transgressio-
 nem quidem coe-
 lestia corpora ges-
 sisse, lapsos vero
 per superbiam in
 aëream qualita-
 tem esse conversos.

5477
 7

10. Retrait. i. c. 26. revocat, quod dixerat, Sum-
mos nempe Angelos spiritualiter vivere,
inferos vero animaliter. Et lib. 2. Retrait.
c. 14. improbat Angelos à se aliquando
animal vocatos, cum dicendi sint spiritus.

In eadem dubitatione versatum
fuisse S. Bernardum, non obscure colli-
gitur ex lib. 5. de consid. c. 4. et Serm. 5.
et 6. in Cant. iis enim in locis contemnit
Angelos sua ministeria exequi non posse
sine corporibus: an autem ea corpora ad
eorum substantiam pertineant, ipsi-
que naturaliter vivunt, ita ut sint
animalia sicut homines; an vero ea pro
nutu suo assumant aut deponant, igno-
rare se confitetur.

9. Quantum ad Angelorum im-
mortalitatem, seu incorruptibilita-
tem et indefectibilitatem, questio
vertitur, 1.º an Angeli sive boni
sive mali semper sint futuri, nec
unquam interituri, et proinde im-
mortales seu incorruptibiles hoc sensu
dici debeant, quod nunquam esse desi-
turi sint, idque habeant ex sua na-
tura, an vero ex sola gratia, favore,
ac liberalitate Dei; quamvis nemo
neget, eos absolute, et ita ut nec à
Deo destrui et ad nihilum redigi possint,
immortales non esse.

Hæretici quidam, quos Liberti-
nos vocant, sicut animas hominum,
ita et Angelos immortales esse negant,
sed volunt, ut sicut initium, sic et exitum
sint habituri; solius quippe Dei propriam
esse immortalitatem, cuius res creatæ

participes esse nequeant.

ii.

Præterea ad Angelorum naturam quæ-
tionem pertinere videtur ea, quæ inter Scho-
lasticos viget controversia, num videlicet
sint unus et ejusdem speciei genere. Quis
hæc in re sentiendum sit, paulo inferius
exponemus. His ita prælibatis sit

Conclusio prima.

io.

Angeli verè existunt. Est de fi-
de.

Prob. 1.^o ex Scripturis, in quibus
frequentissima et evidentissima occur-
runt de Angelis testimonia, Genes. 22.
Angelus Domini de coelo clamavit di-
cens, Abraham pater. Exodi 23. Ece ego
mittam Angelum meum, qui procedat te
.... Audi vocem ejus. Tobias 12. Ego sum
Raphaël Angelus, unus ex septem qui as-
tamus ante Dominum. Psal. 8. Minis-
terium paulo minus ab Angelis. Matth.
18. Angeli eorum in celis semper vident
faciem Patris.

Prob. 2.^o ex Conciliis, maxime
Lateranensi IV. Sub Innocentio III. an. 1219.
cap. Firmiter. Unum est, inquit, univer-
sorum principium, Creator omnium, vi-
sibilem et invisibilem, Spiritualem
et corporalem, qui sua omnipotenti vir-
tute, simul ab initio temporis, utram-
que de nihilo condidit creaturam, spiri-
tualem et corporalem, angelicam videlicet
et mundanam, et deinde humanam quasi
communem, et spiritu et corpore consti-
tutam.

ff 6 p. 8

g * *Quidam eruditi vat doctus.*

Dubitant, num
S. Dionysius hu-
jus libri auctor
sit.

Prob. 3^{to} ex SS. Patribus. S. Dio-
nysius, lib. De celesti hierarchia passim, ac
maximè c. 14. Angelorum hierarchias, ordi-
nes, officia describit, sicut ab Apostolo fue-

S. Augustinus, in Epist. 102. sic scri-
bit: Angelos novimus ex fide, et multis
apparuisse scriptum legimus et tenemus,
ne inde dubitare fas nobis est.

S. Gregorius, Hom. 34. in Evang. An-
gelos, inquit, et Archangelos penè omnes
laici loqui pagina testantur.

Prob. 4^{to} ex consensu totius Ecclē-
siae, quae Angelos ut personas naturā val-
de excellentes veneratur et invocat, tan-
quam Dei ministros et hominum custodes
beatificā Dei visione fruētes.

Prob. 5^{to} Rationibus Theologicis.

Prima est ea, quam in Metaphysicā nostrā
Loepè jam citatā part. 2. c. 2. §. 2.
adduximus, desumpta ex miris quibusdam
ac stupendis energumēnorum effectibus,
qui non nisi in aliquam intellectualem sub-
stantiam referri possunt p. Quam vide.

2^a Ornatus et perfectio mundi
postulat, ut dentur substantiae purè
spirituales et intellectuales; cum dentur
et merè corporeae, ut sunt lapides, arbo-
res, p. et partim corporeae partim spi-
rituales, ut sunt homines, et juxta non-
nullos, bruta. Atqui substantiae pu-
rè spirituales et intellectuales sunt An-
geli. Ergo, p.

3^{ia} Oportet esse aliquas crea-
turas, quae Deo assimilentur secundum

13.
id est, per quod Deus mundum creavit, id est,
secundum intellectum et voluntatem. Atqui
sic Deo assimilantur natura pure intellec-
tuales et incorporeae. Ergo oportet esse tales
aliquas creaturas, id est, Angelos. Major
habetur ex eo, quia id quod Deus prosequitur
in rebus creatis intendit, est ipsum bonum
quod consistit in assimilatione ad Deum.
Minor vero constat. Quamvis enim anima
humana sit etiam pure intellectualis et incor-
porea, non tamen est natura aliqua tota-
lis, sicut Angelus, sed pars tantum naturae
hominis, quae corpus simul et animam con-
notat.

Verum haec rationes, quamvis proba-
bilissima videantur, non tamen omnino
convincunt, cum non evidenter Angelorum
existentiam demonstrant, ut patet: Si quia
enim dari posset evidens ac demonstrativa
ratio existentiae Angelorum, vel illa sume-
retur ex natura et essentia Angelorum,
vel ex causa productiva, vel denique ex eo-
rum effectibus et operationibus. Atqui
nullum ex his tribus demonstrative probat
Angelorum existentiam. Non 1^{um} quia non
est de essentia Angelorum, ut actu existant:
hoc enim soli Deo competit. Non 2^{um} quia
constat, Angelos à Deo liberè creatos fuisse;
ac proinde causa Angelorum productiva
nullam habet necessariam connectionem
cum ipsorum existentia. Non denique
3^{um} nulli enim proferuntur effectus, qui,
licet stupendi sint et mirabiles, ad alias tamen
causas absolute loquendo referri non possunt,
quam ad Angelos, puta in Deum solum, vel in
animas corporibus solutas.

Conclusio Secunda.

Angeli sunt substantia mere spiri-
tuales et corporis omnino expertes.

Prob. 1^o ex Scriptura, quae Angelos
sive bonos sive malos constanter vocat Spiritus.
Sic Gal. 103. Qui facit Angelos suos Spiritus;
hoc est, qui eos, quorum natura et substantia
spiritalis est, ministros suos, et nuntios, nec
non mandatorum suorum executores instituit,
prout explicat S. Gregorius Nazianzenus, orat.
34. et S. Damascenus, lib. 2. de Fide, c. 3.
Matth. 8. Eiciebat Spiritus. Ibid. c. 10. v. 1.
Dedit illis potestatem Spirituum immundorum
ut eicerent eos. Luca 10. v. 20. Spiritus sub-
jiciuntur vobis. Et c. 11. v. 24. et 26. Cum
immundus Spiritus exierit de homine.....
tunc vadit et assumit septem alios Spiritus ne-
quiores se. Act. 8. v. 39. Spiritus Domini ra-
piunt Philippum. Heb. 1. v. 14. Nonna-
omnes sunt administratorii Spiritus. Apocal.
5. v. 6. Qui sunt septem Spiritus Dei.

Ex quibus sic argumentamur, quod si
Angeli non essent mere spirituales, sed compo-
siti ex corpore et spiritu, non appellaren-
tur simpliciter Spiritus, sed dicerentur
habere Spiritus et corpora; quemadmodum
homo nusquam simpliciter dicitur corpus
aut spiritus, sed habens corpus, habens spi-
ritum seu animam. Atqui Scriptura ubi-
que Angelos vocat Spiritus simpliciter, aequi-
va Deum, et animam rationalem. Ergo
Angeli nullatenus corpore constant, sicut
nec anima rationalis, nec ipsemet Deus.

2^o. Scriptura cum Angelos vocant
Spiritus, de iis eodem modo loquuntur, quo
de hominibus, nempe hos Spiritus nobis ex-
hibent tanquam personas, quae Dei nomine

D. 7. p. 9

quibusdam ministeriis funguntur. Ergo sicut ^{15.}
hominis nomine Scripturae completam Subs-
tantiam intedigunt; ita et nomine Spiri-
tus, cum Angelos eo nomine designant.

30. Si Spiritus esset una Angelica
Substantia pars, et corpus altera, Scriptura
alicubi proprio nomine expressisset comple-
tam illam Substantiam ex Spiritu et corpore
constantem, sicut innumeris in locis, ubi de
homine loquitur, asserit, cum ex anima et
corpore constare. Atqui Scriptura cum de
Angelis loquitur, nullibi proprio nomine
expressit completam illam Substantiam,
quae ex Spiritu et corpore constet: Ergo Spi-
ritus nomen sumpsit pro completa et in-
tegra Angelorum natura.

~~Prob. 2^o ex Concilio. In Concilio
Nicensi I. Act. 2. in professione fidei Sophro-
nii, animae rationales et Angeli collocantur
in eodem ordine intellectualium, seu quod
idem est, spiritualium Substantiarum.
Atqui constat, animas rationales Spiritua-
les esse et incorporeas, idque expresse sumi-
tum est variis in Conciliis. Ergo pariter Angeli
sunt pure spirituales et incorporei.~~

In professione fidei Synodi VII. ge-
neralis, seu Nicensi II. Act. 4. Sancti Angeli
vocantur incorporei. Veneramus, inquit
Patres, imagines Sanctorum, et incorpo-
reorum Angelorum, ut potè qui tanquam
homines figurâ humanâ justis appa-
runt. Porò qua ratione Patres Nicensi
Angelos simpliciter et absque restrictione
incorporeos appellassent, si ex corpore
partim et Spiritu constituerentur? Er-
go, p.

Concilium Lateranense jam pri-
mum Conclusionem 1.^a à nobis laudatam,
Creator omnium, inquit, sua omni po-
tenti virtute simul ab initio temporis utram-
que condidit creaturam, Spiritualem et cor-
poralem, Angelicam videlicet et mundanam,
ac deinde humanam, quasi communem ex
corpore et spiritu constitutam. Quibus
verbis Concilium docet 1.^o Angelos esse crea-
tos ex nihilo. Ergo non sunt formati ex sub-
stantiâ aëris, neque ex aliâ quadam materiâ.
2.^o Aperiit Angelos esse spiritus, quemadmo-
dum anima hominis spiritus dicitur. Atqui
anima hominis est omnino spiritualis et in-
corporea. Ergo Angeli sunt pure spirituales
et incorporei. 3.^o Denique affirmat, ho-
minem substantiam esse mediam inter
Angelicam et corporalem creaturam. Atqui
homo constans corpore et spiritu non aliâ
ratione potest esse media substantia
inter Angelicam et corporalem, quam quod
illa neque ex toto neque ex parte corporea
sit, sed tota spiritualis; hec vero neque
ex toto neque ex parte spiritualis sit, sed
tota corporea.

Prob. 3.^o ex Patribus tum grecis
tum Latinis. Ex grecis quidem S.
Ignatius in Epistola ad Trallenses
vocat Angelos incorporeas naturas.

S. Basilus lib. De Spiritu Sancto
c. 1. ait, Angelum esse substan-
tiam incorpoream.

S. Gregorius Nyemensis Orat.
4. in Orat. Dominicam: omnis, in-
quit, natura rationalis dividitur in

8. p. 10

u

corpoream et incorpoream naturam; in- 17.
corporea porro est angelica creatura, alte-
ra nos sumus.

S. Gregorius Nazianzenus, orat.

34. Angelos dicit esse incorporeos et ad
Deum proximè accedentes.

S. Joannes Damascenus, lib. 2. de

fide, c. 3. Angelum definit, Substantiam
intelligentem atque corporis expertem.

S. Chrysostomus, Hom. 22. in
c. 6. genes. Sapientis repetit, Angelorum
naturam esse incorpoream, que corpo-
ris complexum non fert ad generandum.

Eusebius Caesariensis lib. 4. de
Demonst. Evang. c. 1. scribit, incorporeas
quandam et intelligentes ac divinas vir-
tutes esse Angelos, et Archangelos mate-
riâ carentes, et puros omnino spiritus.

Theodoretus, quest. 20. in genes.
hanc affert rationem cur homo idè non
sit imago ^{Dei}, quòd sub sensus non cadat, Alio-
quin, inquit, potius imagines Dei vocaren-
tur Angeli et Archangeli, et omnes incor-
porea, ut pote corporibus vacua, et sine
ullâ mixtione minimè aspectabiles.

Autor de divinis nominibus c. 4.
loquens est testis, hanc sententiam fuisse
quinti seculi, Angelos esse Substantias
imcorporales, atque materiâ carentes.

Ex Latinis S. Hieronymus, Epist.
59. ad Avitum, refert Origenem, quòd di-
xisset, Dæmones ob delicta aëreis corpori-
bus esse vestitos.

S. Leo Ep. 93. sic loquitur: Fides vera, qua est catholica, omnium creaturarum, sive spiritualium, sive corporalium, bonam confitetur esse substantiam.

S. Gregorius Magnus lib. 4. moral. c. 19. conceptis verbis asserit, Angelos cuiusque corporis esse expertes: Angelus namque, ait, solummodo Spiritus est: homo vero et Spiritus et caro. Et lib. 4. Dialogorum c. 29. probat, Angelos etsi incorporeos, igne tamen cruciandos esse.

Idem docent ~~doctores~~ in illa verba capituli i. Ep. ad Heb. Omnes sunt administratores Spiritus, Julius Africanus, lib. ii. c. ii. S. Fulgentius, lib. de fide c. 3. et alii plerique.

Ex his vero tum Graecorum, tum Latinorum Patrum textibus sic conficiamus argumentum. Idem consueverunt, Angelos non esse substantias ex spiritu et corpore constantes, qui eos vocarunt incorporeas naturas; qui dixerunt eos carere materia; corporibus esse vacuos; materia et corporis expertes; eos esse mere spirituales. Atque Patres isti sic Angelos vocarunt, atque ejusmodi esse dixerunt. Ergo consueverunt eos non esse substantias ex spiritu et corpore constantes.

Prob. 4.º ex unanimi et constanti omnium Theologorum consensu, qui omnes, praesertim, qui post Concilium Lateranense scripserunt sibi unum Cajetanum eximias; docent, Angelos tam bonos quam malos, cuiuslibet corporis esse expertes. Nemo autem ignorat, quanti in rebus Theologicis momenti sit comors ac cons-

tans Scholasticorum Theologorum Sen-^{19.}
tentia.

Prob. 9.^{to} rationibus Theologicis.

Prima est, quia Angeli sunt natura
præstantioris, quam anima humana,
sive adhuc conjuncta sint corporibus, si-
ve ab iis jam separata; ut enim ait
S. Augustinus, lib. ii. De civit. Dei, c. 5.
Angelica natura, omnia cetera, quæ
Deus condidit, naturæ dignitate præce-
dit. Atque anima humana corpo-
ribus soluta, seu etiam iis conjuncta
sunt purè spirituales et incorporeæ,
sicut in Metaphysicâ nostrâ part. 2. c.
3. §. 1. demonstravimus. Ergo et An-
geli sunt purè spirituales, et omnino
incorporei.

Secunda est, quia si Angeli cons-
tant ex spiritu et corpore, erunt ejus-
dem naturæ cum hominibus, atque
re verâ homines; sive vasum sive
subtile corpus habeant, sive alimentis
egeant, sive non, sive immortales sint
neque, propterea à ratione hominis ex-
cludi non poterunt, id enim ævidens
quoddam est, quod specificum in naturâ
discrimen inducere non valet, ut mani-
feste patet exemplo hominis, qui post
futuram resurrectionem non secus ho-
mo erit, ac antea fuit. Atque. Ergo.

Tertia est, quia si Angeli cor-
pus habent, tunc quoties è celo in ter-
ram mittuntur, aut ~~revertuntur~~
~~per se ipsos~~ per se ipsos alius moven-
tur, quod fit in instanti, aut saltem
motu maxime celeri, tunc necesse

Q. 11 p. 11

20. est, ut aer, quem pertranseunt, maxi-
mā celeritate dividatur, et postea clauda-
tur. Atqui nec dividitur, nec postea
clauditur: id enim fieri non posset
sine magnō sonitu, et ingenti sibilo,
quem tamen nusquam percipimus, quam-
vis Angelorum et Daemonum motus fre-
quentissimē contingant. Ergo, p.

Quarta ~~est~~ ratio sumitur ex
eo, quod Luca 8. tota legio Daemonum
unum hominem obsessisse legatur.
Atqui vix conipi potest, quomodo in-
tegra Daemonum legio, si sint corporei,
in uno et eodem homine stare potue-
rit. Quamvis enim corpus in infinitum,
si ita loqui fas est, sit divisibile, ideo-
que maxima corpusculorum multitudo
in uno homine contineri et concludi pos-
sit, quia tamen qui Demones corpo-
reos existimant, non corpuscula, sed
corpora eis tanquam animalibus tribu-
unt, contra eos probabile hinc efficitur,
Demones ex corpore et Spiritu non cons-
tare.

12. Ex haecenus dictis patet etiam,
quod Angeli non indigeant corpore
tanquam instrumentō per quod suas
naturales operationes eliciant, id est,
intellectionem et volitionem. Non enim
minis independentes à corpore. Dupli-
cem illum actum eliciunt, quam ani-
ma à corporibus post mortem separata,
quo etiam intellectionem et volitionem
eliciunt. Unde conclusio nostra per
totum probata manet.

Ceterum, quamvis post adduc-^{21.}
ta à nobis pro spiritualitate et incorpo-^{13.}
ritate Angelorum argumenta, praesertim illud, quod à Definitione Concilii Lateranensis IV. petitur, omnino temerarium videatur, tueri eos corporibus esse instructos, attamen nostram sententiam omnino de fide esse non audent pronuntiare, quia id ab Ecclesia definitum fuisse, et proinde ad fidem spectare, negant fere omnes Scholastici, etiam ii qui post Concilium Lateranense IV. scripserunt, ut post S. Thomam, De malo quaest. De demonibus, art. 1. Sixtus Senensis, lib. 9. Biblioth. Sanctae, annot. 3. Bartholomaeus Carranza Collector Summa Conciliorum, in annot. ad Act. 5. Synodi VII. Cajetanus adeo non putat id fidem ~~non~~ tangere, ut scribens super illud Ephes. 2. Secundum principem potestatis aëris hujus, affirmet, Demones esse spiritus aëreos. Idem docent, nempe quaestionem hanc fidem non tangere, Dominicus Bannes in primam part. 9. si. art. 1. Salamantienses, Estius, Sylvius, Meratius, et alii.

Ad laudatum à nobis Concilii Lateranensis IV. Decretum dicunt memorati Scholastici, Angelos esse spirituales et incorporeos, non ex professo et definitivè assertum fuisse ab hujus Concilii Patribus, sed ex intentione definiendi, sed evasivè duntaxat, et obiter ac quasi per transennam supponendo. Eorum siquidem intentio erat univè definire, quod Deus sit auctor et creator omnium rerum, tam earum quae dicuntur corpo-

2

4 2 7
12
22. ea, quam illarum, quae dicuntur Spirituales: idque appositè ad errorem Albigensium, contra quos agebatur, qui haec in parte sentiti Manichaeos, contendebant, Deum non esse rerum omnium principium, sed quaedam esse corporeas, scilicet à principio nequam, alias vero à bono principio, quod quidem Deum esse fatebantur.

14.

Conclusio 3^{ta}

Angeli sunt immortales, atque in perpetuum sunt existuri, neque interituri unquam subiacent, idque ex natura sua ac principis suis intrinsicis: non tamen ita absolute, ut à Deo destrui, et ad nihilum redigi ex potentia ipsius extraordinaria, quae propter exigentiam causarum naturalium agit, non valeant.

Tres sunt huius Conclusionis partes, quarum prima est de fide.

Prob. 1^a pars. 1^o ex Scriptura, quae constat Angelos bonos aeternum perseveraturos in gloria, malos vero in poena. De bonis quidem habetur Luc. 20. ubi nobis promittitur aequalitas cum Angelis, cum vitam possidebimus aeternam: Illi vero, qui digni habebuntur saeculo isto et resurrectione ex mortuis, neque nubent.... neque ultra mori poterunt: aequales enim Angelis sunt.

Cum ergo aeterna futura sit justorum hominum beatitudo, idem iudicandum est de sanctorum Angelorum premio ac beatitudine.

De malis autem expressa est Scripturae doctrina, Matth. 25. Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et Angelis eius. Et in Epist. S. Iudae, v. 6. dicitur, Angelos,

qui non servaverunt suum principium, esse 23.
vinculis aeternis sub caligine reſervatos.
Angeli itaque ſive boni ſive mali nun-
quam deſinent, ſed aeternum vivent.

Prob. 2^o. ex ſenſu totius Ecclēſiae
animas humanas immortales deſinentis,
quem Ecclēſia ſenſum confirmat Concilium
Lateranense ſub Innocentio X. Sacro ap-
probante Concilio Jannanum, inquirunt
Patres, et reprobanus omnes aſerentes
animam intellectivam mortalem eſſe;
cum illa non ſolum verè et per ſe, et eſſen-
tialiter humani corporis forma exiſtat
verum et immortalis. Atqui Angeli
animas humanas perfectione antecedunt,
2. Pet. 2. et Heb. 2. Ergo et ipſi immor-
tales erunt.

Prob. 3^o. ex SS. Patribus, qui cons-
tanter aſerunt, Angelos eſſe ſubſtanti-
as incorporeas, intellectuales et immor-
tales. Ita S. Athanasius, lib. de communi
eſſentia divinitatis. S. Baſilius, in Gal.
44. S. Cyrillus Alexandrinus, lib. 8. Theſan-
ri, c. 2. Idemque ſenſus eſt aliorum
omnium Patrum, et omnium fidelium,
quem Sophronius Patriarcha Jerosoly-
mitanus expreſſit in Epistoſa, qua lecta
eſt in Sexta Synodo Act. 11. approbata verò
à Patribus ejuſdem Synodi, Act. 13. in eà
enim tam Angelos, quam animas homi-
num incorruptibiles et immortales eſſe
docet.

Prob. 4^o. Ratione Theologica, qua
ſimul probatur 2^a pars Concluſionis.

Subſtantia omnino incorporea
et purè ſpiritualis ſi debet intrinſecè et
per naturam incorruptibilis ac immorta-

24. lis; illud enim est ab intrinseco, seu ex natura sua incorruptibile adeoque immortale, quod intrinsece non constat materia qua est unicum corruptionis principium, qua substantia pure spiritualis et incorporea non constat. Atqui substantia Angelica omnino incorporea est et spiritualis, prout conlusionem praecedenti demonstravimus. Ergo, p.

13
53
Confirmatur. Nihil corrumpitur, nisi in quantum vel forma eius separatur a materia, vel partes dissolvuntur, vel denique propter pugnam contrariae qualitatis. Atqui substantia omnino spiritualis non est composita ex materia et forma; non habet partes, quae dissolvantur, nihilque habet sibi contrarium. Ergo, p.

Prob. 3^{ta} pars Conlusionis ex Patribus, qui expresse docent, Deum absolute et ex potentia sua extraordinaria Angelos posse destruere et ad nihilum redigere, ut Sophronius, Ep. supra Conlus. 1^a prob. 2^a cit. S. Hilarius, in Psal. 148. S. Augustinus, lib. 5. de Genesi ad litt. c. 2. S. Cyrillus, lib. 8. Thesauri, c. 2. S. Gregorius, lib. 12. Moralium, c. 18.

Ratio est etiam, quia sicut Deus Angelos libere produxit, ut et alias res omnes creatas, ita produxit libere conservat. Ergo sicut potuit non producere, ita potest non conservare, et si non conservaret, in nihilum abirent; sicut si non produxisset, extra nihilum nunquam fuissent. Ergo Angeli Dei non possunt immortales, incorruptibiles absolute et respectu extraordinariae Dei potentiae.

Utum denique Angeli solo numero^{25.}, an etiam specie differant, neque ex Scriptura neque ex Traditione, neque ratione certo constat. Eos solo numero differre inter se, censent Basilus, lib. 3. contra Eunom. Gregorius Nyssenus, orat. 8. contra eundem Eunom. Gregorius Nazianzenus, in carmine de virginitate. S. Maximus Martyr, Dialog. i. De Trin. Nam illis locis docent, Angelos ejusdem esse naturae ac essentiae. S. Augustinus vero fatetur, se nescire, in quo Angeli inter se differant.

S. Thomas, 1. p. q. 50. a. 4. ad i. docet, omnes Angelos inter se differre specie secundum diversos gradus naturae intellectivae. Nos in nostra Metaphysica, part. 2. c. 2. §. i. diximus probabile videri, diversas Angelorum species à Deo procreatas fuisse; nam, aiebamus, Seraphini, Cherubini, Throni, et ceteri Angelorum ordines, specie inter se differre videntur. Addebamus, nihil tamen vetare, quin in unoquoque ordine plures esse possint Angeli solo numero distincti. Nihilominus candidè fateri nos oportet cum S. Augustino, nos nescire, in quo Angeli inter se differant.

Solvuntur Objectiones. 15.

Ob. 1.^o contra 1. mam Conclusionem. Si existent Angeli, tum Moyses non utique protermississet eorum creationem, cum praecipuum locum obtineant inter Opera Dei, quae ex professo et speciatim describit, genes. i. et seq. Atqui. Ergo.

26.

Resp. Neg. maj. Moyses initio genesis creationem Angelorum variis de causis protermisit, 1^o Quia solam rerum corporearum originem et seriem describendam suscepit. Ita S. Hieronymus, Ep. 139. 2^o Quia propositum ipse erat, ea sola exprimere, quae facta erant in obsequium hominum. Ita S. Cyrillus, lib. cont. Julian. 3^o par fuit, ut Moyses apud Iudaeos mere carnales de spiritualibus, ut sunt Angeli saltem initio siceret. Ita S. Chrysostomus, Hom. 2. in genes. Porro quamvis Moyses initio Genesis de Angelis non meminisset, meminit tamen eorum postea et in contextu operis sui frequenter, tanquam Dei ministrorum et nuntiorum, quia declaratione illorum existentiam comprobavit.

16.

Ob. 2^o. Nomen Angelorum non est nomen naturae, sed numeris tantum ac officii significans nuntium et legatum, juxta idem S. Augustini, lib. 5. de Genes. ad litt. c. 19. Nuntii, graecè Angeli dicuntur. Ergo in Scripturis per Angelos non designantur spiritus et persona, seu substantiae intellectuales per se subsistentes; sed occurrunt inspiratores, quibus quasi Dei nuntiis homines admonentur voluntatis divinae.

Resp. Quod etsi Angelus officii nomen esse supponatur, inde tamen colligi non possit, Angelum non esse personam, sicuti ex Legati aut Oratoris nomine inferri non potest, eum, qui Oratoris vel Legati munere fungitur, non esse personam, aut substantiam, quae per se subsistat.

6 4 14 +

Abde, quod quamvis Graecis Angeli 27.
us sit nomen officii, apud Hebraeos tamen
ei substantia ac persona nomen respondeat.
Imo tam in Scripturis Sacris, quam apud
Scriptores Ecclesiasticos Graecos atque Lati-
nos usurpatur hoc nomen Angelus pro
Substantia Spirituali, vocabulo officii ad
naturam significandam translato.

Ob. 3^{to} Contra Secundam Conclu- 17.
sionem. Generatio Sensibilis et corporea
corpus supponit. Atqui corpoream gene-
rationem tribuit Angelis Scriptura, Gen.
6. Videntes filii Dei filias hominum, quod
essent pulchrae auceperunt sibi uxores ex
omnibus, quas elegerant &c. Quo loci, ubi
nostra versio habet particulam filii Dei,
Septuaginta Interpretes legunt, Angeli
Dei. Ergo eos corpus habere supponit.

Resp. neg. min. In textu hebrai-
co, et in 70. sicut et in vulgata legitur
filii, non Angeli Dei ut videre est in ex-
emplaribus correctioribus, sicut obser-
vat S. Augustinus, lib. 15. De Civ. c. 23. et
S. Cyrillus, lib. 9. adversus Julian. Quod
autem per haec verba Genes. 6. filii Dei
Angeli non intelligantur, manifestum
est 1^o quia intelligi non possunt Angeli
sancti: Si enim neque nubunt neque nu-
bentur, ^{Matth} 22. 2^o Non possunt quoque
Dæmones intelligi, quia Dæmones nus-
quam vocantur in Sacris litteris filii Dei,
sed adversarii, inimici.

Dicendum igitur vocibus istis Filii
Dei Genes. 6. intelligi filios Seth et Enos,
sive propter persistentiam corporis non ener-
vati libidinibus, sive potius propter

28. animum in pietate et veri Dei cultu
constantem; filias vero hominum esse
filias Cain, quia tanquam caro et san-
guis nihil nisi humana et terrena cogi-
tabant. Hi ergo, cum hactenus cogna-
tioni Cain velut à Deo maledicta per-
mixti non fuissent, pulchritudinis libi-
dine victi, desertaque avitâ pietate,
auesperunt sibi uxores ex omnibus quas
elexerant, id est, quasunque sibi pla-
uisset auipere, quod iudicari videtur,
eos nec à violentiâ abstinuisse. Unde
cum earum quoque perversissimos mo-
res didicissent, sicut Israhelita Madiani-
tarum, hinc statim subdit textus, Vi-
Dens autem Deus, quod multa malitiâ
hominum esset in terrâ et cuncta cogita-
tio cordis intenta esset ad malum omni
tempore, poenituit eum, quod hominem
fecisset in terrâ. Et tatus dolore cordis in-
trinsecus: Delebo, inquit, hominem, quem
creavi, à facie terræ. Nempe aquis diluuii.

h * v. 5.

Alii dicunt, nomine filiorum Dei
intelligi posse homines staturâ proceros,
juncta Scripturæ consuetudinem, quæ
res celsissimas nomine Dei appellat phra-
si hebraicâ, ut cedri Dei, montes Dei. Vel
etiam filios Magnatum et Principum jux-
ta hebræum elohim, quod non solum
Deo, sed etiam Principibus ac Judicibus
Scriptura sacra tribuit, Exod. 7. et Psal. 81.
quorum filii commixti cum filiabus ple-
bis et ignobilibus genuerunt gigantes,
hoc est, homines ceteris robustiores, et
ad libidinem promptiores. Ita interpretantur
SS: Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus Alex-
andrinus, &c. Sed quicumque Deum

hac voce filiū Dei intelligantur, certum 29.
est, Angelos intelligi non posse, tum ob ra-
tiones à nobis primum allatas, tum quia
istorum Dei filiorum, quos Scriptura
commemoratur, peccata causa fuerunt
diluuii, quod subsequutum est, atqui tunc
Angeli Dei peccare non potuerunt, p.

51 15 7

Ob. 4^{to} In Conilio Niceno II. 18.
Act. 5. lectus est Dialogus Joannis Episcopi
Thessalonicensis cum Gentili aliquo Dispu-
tantis, in quo dicitur, Angelos tenu cor-
pore præditos et aëres, sive igneos prædi-
tos esse, et in proprio corpore aliquan-
do visos esse, unde postea concludit,
Angelos merito depingi posse. Hæc
cum lecta fuissent ea memorato Dialo-
go, Tarasius Patriarcha Constantino-
polititanus et Conilii Præses, sic locu-
tus est: Ostendit hæc p. præditus Joan-
nes scilicet: / etiam Angelos oportere pin-
gi, quoniam circumscripti sunt, et ho-
minum specie multis appaerunt. Res-
ponditque statim universa Synodus:
Etiam Domine. Atqui hæc acclama-
tione sententiam Joannis Conilium
approbasse ac suam fuisse videtur.
Ergo, p.

Resp. neg. min. Equidem Joan-
nes Thessalonicensis in eâ ~~quædam~~ senten-
tiâ fuit, Angelos esse corporeos; verum
hanc ejus sententiam non probavit aut
suam fuit Synodus, sed id duntaxat,
quod ex eâ velut consequens idem Epis-
copus deducebat, videlicet Angelos rectè
posse pingi. An verò essent corporei
in merito reliquit Conilium, quâ de re

30 nulla tunc quaestio movebatur; sed de
usu imaginum adversus Ionomachos
duntaxat; atque hoc unum contra ipsos
intendebant Patres Niceni, sibi et
licitum esse Angelos pingere. Et pro-
fecto Concilium id tantum approbavit,
quod ex libro Joannis Thesalonicensis ex-
cerptum, et proposuit Tarasius: at ille
prudenter, praetermissa de Angelorum
corporeitate opinione, de qua tunc,
ut jam diximus, non erat quaestio, pro-
posuit tantum Angelos posse depingi,
juxta sententiam Joannis Thesalonici-
ensis, eo quod in specie humana appa-
ruerint. Ostendit Pater, inquit, etiam
Angelos oportere pingi, quoniam circum-
scripti sunt, et hominum specie multis
apparuerunt. Quibus auditis statim
subiecit Synodus: etiam Domine. Ergo
approbatio Concilii cadit tantum in is-
tud, nempe Angelos posse depingi, quia
sunt circumscripti, id est, definiti certo
loco, et humana forma apparuerunt:
nentiquam vero spectat alteram ra-
tionem a Joanne prolatam, quam
consulto praetermisit Tarasius, nempe
quia corporei sunt, et quia in propriis
corporibus apparuerunt.

Denique Concilium Actione 4.
refert et approbat sententiam Sancti
Athanasii asserentis, Angelos esse incor-
poreos; quin et ibidem haec fidei pro-
fessio habetur: Veneramus imagines
Sanctorum et incorporeorum Angelorum.
Ex his omnibus patet, nihil erui posse
ex hoc Concilio adversus nostram Conclupio-
nem.

Ob. 5^{to} Illi sunt corporaei, qui ^{31.}
sub sensibili specie multoties hominibus ^{19.}
apparuerunt; qui cum eis sunt colloca-
ti; cum illis manducarunt ac biberunt.
Atqui haec omnia praestiterunt Ange-
li, ut patet ex variis Scripturae texti-
bus, genes. 18. 19. et 28. Tob. 6. p. p.
Ergo Angeli sunt corporaei.

Reys. Dist. Maj. Illi sunt cor-
poraei, qui sub sensibili, et propria spe-
cie apparuerunt, conu. Illi sub aliena
specie, neg. maj. Angeli non appa-
ruerunt in propria specie, seu in cor-
pore sibi proprio, sed in alieno, huma-
no nimirum; formarunt autem sibi
corpus humanum ex aere circumstan-
te, quem virtute, qua possunt inter res
creatas, in ossa, carnem, aliarum corporis
humani partes condensarunt. Si quis
vero querat, quas operationes Angeli ex-
ercuerint in corporibus assumptis, dici-
mus, quod licet reales fuerint, vere enim
cibum infuderunt ori, digesserunt in
Stomacho; vitales tamen non fuerint,
eo quod profecta non fuerint a principio
vitali, quod quidem in homine non aliud
est, quam anima, quae vere ac substantia-
liter unitur corpori, cum e contra Ange-
li accidentaliter tantum, hoc est, per
quandam exteriores operationes, ut nau-
ta navi, corporibus assumptis uniti fue-
runt.

Ob. 6^{to} Illi non sunt pure im- 20.
materiales ac incorporei, qui habent ali-
quam cum quibusdam rebus corporeis sym-
pathiam et antipathiam. Atqui An-

16
68

32. geli, praesertim mali, habent huiusmodi antipathiam et Sympathiam. Sic i. Reg. 16. refertur, ad pulsam citharae Davidis demonem a Saule recepisse. Sic etiam Tobias 8. v. 8. et c. 8. v. 2. legitur, fumo jecoris piscis cujusdam fugatum fuisse demonem, ejusque maleficium depulsum. Eandem Dæmones enagitandi et expellendi vim quibusdam rebus corporeis inesse liquet ex variis ritibus in exorcismis observari solitis. Item, ut produnt S. Augustinus lib. 8. de civ. c. 18. et alii, Dæmones delectantur rebus quibusdam sensibilibus, v. g. odoribus, nidoribus, et fumo, qua delectatio, ut pote sensitiva, non potest esse nisi aliaius sentientis, et proinde corporei. Ergo Angeli non sunt purè immateriales et incorporei.

Resp. Neg. min. Supra dicti effectus non oriuntur ex vi nativâ et oppositione inter res ipsas et Dæmones, sed ex eo, quod Deus interdum rebus naturalibus et corporeis ad Dæmones expellendos veluti instrumentis ad hoc assumptis utatur, ut patet exemplis allatis. Nec proinde Dæmones nidoribus et fumo propriè delectantur, quasi ex illis voluptatem corporalem percipiant; sed dicuntur eis delectari, quatenus eis placent oblationes et sacrificia à peccatis hominibus, qui se ipsis devoverunt, exhibita, quorum signa sunt nidor et fumus, &c.

Ob. 6. t. 2. Ea sententia non videtur admittenda, qua communia constanti Sanctorum Patrum Doctri-

na adversatur. Atqui talis est Sententia^{33.}
tia, quae docet, Angelos esse incorporeos,
prout adductis à nobis initio hujus S. vario-
rius: Patrum testimoniis vel patet. Ergo p.

Resp. neg. min. Equidem, utibi-
dem annotavimus, antiqui Patres de
haec questione varie senserunt. Nonnulli
Platonicis principis imbuti, Angelos cre-
diderunt Substantias esse, quae sicut ho-
mo, ex Spiritu et corpore constarent:
aliqui dubitarunt. Verum alii, et
quidem numero longe plures nostram
Sententiam triti sunt, quae successu
temporis ita invaluit, ut post Concilium
Lateranense IV. nulli inventi sint, si
Eugubinum, et Cajetanum excipias, qui
eam non tuerentur, adeo ut modo con-
traria opinio, si non contra fidem, sal-
tem omnino temeraria ab omnibus cen-
seatur.

Ob. ymo contra 3^{ti}am Conclu-^{21.}
sionem. In Scripturis Deus solus dicitur
immortalis, i. Timoth. 6. Solus
habet immortalitatem. Ergo immor-
talitas non competit Angelis.

Resp. Dist. ant. Solus Deus dicitur
immortalis, immortalitate abso-
luta, essentiali et independente, conc.
participata et dependente. neg. ant.
Solus Deus ex se et per se ac indepen-
denter ab omni alio est absolute immor-
talis, ut pote qui essentialiter est vita:
Angeli autem, sicut et animae ratio-
nales, participative solum ac depen-
denter sunt immortales, cum hoc à
Deo acceperint.

34.
22.

7 17 9
Ob. 8^{vo} Contra secundam partem
ejusdem Conclusionis. Multi è SS: Pa-
tribus asserunt, Angelos non naturâ, sed
gratiâ tantum esse immortales, ut S. Am-
brosius, lib. de fide ad gratian. c. 2. S. Da-
masceus, lib. 2. c. 3. Sophronius, in Epis-
tola supra memoratâ, et in Synodo gene-
rali VI. approbatâ, et plures alii. Ergo.

Resp. dist. ant. Patres asserunt,
Angelos esse immortales non naturâ,
sed gratiâ, et nomine gratiæ inteli-
gunt donum creationis, conc. inteli-
gunt donum supernaturale, neg. ant.
Patres eam Dei gratiam per quam, ut
docent, Angeli sunt immortales, non
minus damnatis, quam beatis Angelis
communem faciunt. Hic igitur est eo-
rum sensus, Angelos non à se, sed à Deo
per creationis donum immortalitatem
habere; illud vero donum nomine gratiæ
insigniri, quod creatura nondum
existenti minime debeatur.

Inst. quod naturâ suâ in ni-
hilum tendit ac inclinatur, non potest
dici incorruptibile secundum inclina-
tionem et exigentiam naturalem. Atqui
SS: Patres non laudati asserunt, Ange-
los esse naturâ corruptibiles et morta-
les, quia ex ~~antibus~~ nihilâ sunt formati,
et ad nihilum naturâ suâ propendent
et inclinantur. Ergo, p.

Resp. dist. maj. Quod ad nihilum
naturâ suâ inclinatur, id est ex aliquo
principio intrinsecò corruptioni et defe-
ctui obnoxio, potestque vel à causis cor-
ruptivis destrui, vel desinere per nega-

tionem ulterius concursus Dei agentis 35.
Secundum potentiam ordinariam, illud di-
ci nequit immortale, incorruptibile se-
cundum exigentiam et inclinationem
naturalem, conc. Quod ad nihilum na-
tura sua tendit, hoc solum sensu, quod
destrui possit per extraordinariam et
absolutam Dei potentiam, utentis scilicet
suo Supremo in creaturas dominio,
etiam contra earum naturalem ordinem
et exigentiam, illud diu nequit im-
mortale et incorruptibile secundum
inclinacionem et exigentiam natura-
lem, neg. maj. p. Facemus, quod
Angeli natura sua sint in potentia obe-
dientiali, ut a Deo possint destrui: at
negamus, quod haec destructio foret eis
connaturalis ac conformis eorum prin-
cipis intrinsicis; adeoque revera sem-
per dicendi sunt intrinsicè et natura
sua incorruptibiles.

Ob. 9. nò Illi non sunt intrinse- 23.
cè et ex natura sua immortales, qui a
Deo in nihilum redigi possunt. Atqui
Angeli, sicut et cetera omnia creata
a Deo in nihilum redigi possunt. Ergo
non sunt intrinsicè, et ex natura sua
immortales.

Resp. neg. maj. Utenim obser-
vat S. Thomas hic ad 3. Non per hoc di-
ctur aliquid esse corruptibile, quod De-
us possit id in non esse, id est, ad ni-
hilum, redigere, subtrahendo suam con-
servacionem; sed per hoc, quod in se,
ipso aliquid principium corruptionis

35. habet, vel contrarietatem, vel saltem po-
tentiam materiae. Porro Angeli, ut po-
te purè immateriales et incorporei, his
omnibus carent. Ergo sunt intrinsecè in-
corruptibiles, et immortales.

Inst. 1.^o Quod est alicui conmatu-
rale et intrinsecum, infert secum in eo re-
pugnantiam ad oppositum. Atqui Ange-
li non habent repugnantiam ad non exis-
tendum, cum possint per absolutam Dei
potentiam destrui, et annihilari. Ergo.

Resp. dist. maj. Quod est alicui
naturale infert secum in eo repugnantiam
ad oppositum, quod ei accidat per
causas agentes juxta naturam ordinem
et exigentiam, conc. Quod accidat per
absolutam et extraordinariam Dei po-
tentiam, neg. maj. Immortalitas,
quae est Angelo connaturalis, infert in
eo repugnantiam ut deficere possit, vel
à se, vel per causas extrinsecas naturali-
ter illius corruptivas: non tamen dicit
repugnantiam, ut à Deo prae ter natu-
ram agente destrui possit et annihilari.

Inst. 2.^o Angeli non habent
repugnantiam, ut à Deo annihilentur
per extraordinariam saltem Dei poten-
tiam. Atqui haec non repugnantia est
vera potentia naturalis ac positiva ad
non esse. Ergo ex natura sua possunt
deficere, adeoque non sunt naturaliter
indefectibiles.

Resp. neg. min. Haec non repu-
gnantia non est vera, naturalis ac posi-
tiva potentia ad non esse: neque enim
ulla res suapte natura positivè fertur
at inclinatur in malum suum, quale est

2 4 18 +

huiusmodi destructio; sed solum infert poten- 37.
tiam obedientialem, quâ quilibet creatu-
ra subditur Deo ad hoc, ut in eâ vel ex eâ
faciat, quidquid contradictionem non im-
plicat.

S. Secundus

24.

De Angelorum auctore.

Fide certum est, Angelos sive bonos
sive malos Deum habere auctorem, ad eo-
que ab ipso creatos fuisse. In ipso, ait Apo-
tolus Colossensium i. condita sunt uni-
versa in coelis et in terrâ, visibilia, et
invisibilia, &c. Hinc soepè jam laudatum
Concilium Lateranense IV. cap. Fiomiter
expressè definit, Deum utramque de ni-
nihilò condidisse creaturam, angelicam vi-
delicet, et mundanam, ac deinde huma-
nam.

Quæstio igitur hæc inter Theologos
duntaxat movetur, quando, ubi, et
in quo statu creati fuerint. Sit

Conclusio 1^a

25.

Angeli neque ante mundum visi-
bilem, neque post, sed simul cum illo
creati fuerunt.

Prob. 1^o ex Scripturis. Genes. i.

In principio fuit, primum omnium, cre-
avit Deus coelum et terram. Exodi 20.

Sex diebus fecit Deus coelum et terram,
et omnia quæ in eis sunt. Psal. 10. Ini-
tiò tu Domine terram fundasti.

Ex quibus locis sic conficiuntur argu-
mentum. Si in principio, id est, primum
omnium, seu ante omnia, Deus coelum et
terram condidit, si sex dierum spatio
Deus coelum et terram necnon omnia
quæ in eis sunt, condidit; tunc Angeli,

38. qui omnium illorum partem faciunt, atque
eis continentur, neque ante illa, neque
post sed simul cum illis seu cum hoc mun-
do visibili creati fuerunt. Atqui. Ergo.

Prob. 2^o ex Patribus. Epipha-
nius haereti 69. n. 4. et 9. Illud enim, ait,
evidenter Divinus sermo declarat, neque
post sidera productos Angelos, neque
ante coelum terramque constitutos, p.

Theodoretus q. 3. proposita sibi
quaestione, utrum Angeli creationem
coeli et terrae precedant, an vero una cum
eis creati sint? respondet, eos ante coe-
lum corporeum creatos non esse, tum
quod coelo circumscripti sint, tum etiam
quod cum ad hominum tutelam destina-
ti sint, inutilis fuisset eorum ante
mundi creationem productio.

S. Augustinus, lib. ii. de civ. c. 8.
ad haec Genesis verba In principio p. Hoc
potius, inquit, in principio Deus fuisse
dicitur, ut nihil antea fuisse intelligen-
tur. Si ergo nihil antea fuit, tum nec
Angelos antea fuit.

Idem docent S. Gregorius Magnus,
lib. 23. moral. c. 9. Beda in Hexameron.

Acredit denique soepe lauda-
tum Concilium Lateranense IV. c. i. ubi
asserit, Deum sua omnipotenti virtute
simul ab initio temporis utramque de
nihilō condidisse creaturam Spiritualem
et corporalem, angelicam videlicet et
mundanam. Quibus Concilii huius
verbis permoti quidam Theologi, ut Gre-
gorius Ariminensis, Ferrariensis, Melchior
Canus, et alii hanc nostram sententiam ad
fidem pertinere et ab Ecclesia definitam
putant. Alii vero certam quidem asse-

B. K 19

3

nunt, sed de fide esse negant, ut Cajetanus, 39.
Bannes, Sixtus Senenensis, p. forte prop-
ter reverentiam Veterum quorundam
Patrum, qui putarunt Angelos produ-
tos fuisse ante mundum corporeum. At
certum est, eos esse lapsos in hoc, et nunc
aliter utique sentirent post expositio-
nem Concilii generalis. fatendum ta-
men, Patres et Doctores, qui ante Con-
cilium Lateranense floruerunt, hanc
questionem nequaquam ad fidem perti-
nere arbitratos esse, ut S. Augustinus,
lib. de genes. ad litt. c. 3. Theodoretus,
loc. sup. cit. Magister Sentent. lib. 2.
Sent. Dist. 2. Hugo Victorinus c. 5. An-
notat. in genesim. Imo post Con-
cilium istud S. Thomas, p. 1. q. 61. a. 3. in Corp.
Non est igitur probabile, inquit, quod
Deus creaturam Angelicam seorsim ante
alias omnes creaturas creaverit. Quam-
vis contrarium non sit reputandum erro-
neum.

De loco, in quo creati sunt Ange- 26.
li silet Scriptura, sicut et SS. Patres fe-
re omnes, proinde de eo non constat. Non
tamen improbabile est, eos in aliqua su-
periori mundi parte creatos fuisse. S.
Thomas, i. p. q. 61. a. 4. docet, Angelos
in Coelo Empyreo, quod supremum est,
creatos fuisse; quia conveniens fuit,
ut in loco nobiliori crearetur nobilior
creatura, quae sane est Angelica; Unde
Venerabilis Beda in i. genes. asserit su-
premmum coelum, cum primum creatum
fuit, Angelis repletum fuisse.

Nec obstant, quae leguntur apud
Isai. c. 14. In coelum conscendam, Super-

40. astra Dei exaltabo solium meum. Haec enim verba, quae vulgò Sathanae tribuuntur, ad litteram de Rege Babylonis sunt intelligenda; ipsi enim propter insignem superbiam iste sermo hyperbolicus attribuitur. Quod si haec verba de diabolo quis vult exponere, nomina caeli intelligenda est metaphorice Dei celsitudo et majestas, quam appetebat Sathan: unde subiungitur, et ero similis altissimo. Unde hunc locum exponit S. Thomas de Coelo 88: Trinitatis, non de coelo aliquo corporeo. Innuunt S. Augustinus, lib. 14. de Civ. c. 13. et Ambrosius, Epist. 84.

27. Circa statum, in quo creati fuerunt Angeli, quae beatitudo et gratia contineatur, duo quaeruntur, 1^o Utrum Angeli in primo sua creationis instanti fuerint beati. 2^o Utrum gratiam habuerint.

Quoad primum Nota, quod duplex sit Beatitudo, naturalis una, altera supernaturalis. Prior posita est in ea perfectione, quae omnem omnino miseriam excludat; altera addit intuitivam Dei visionem.

Quantum ad 2^{um} Nota etiam, quod duplex quoque sit gratia sanctificans seu habitualis, et actualis. Illa se habet per modum rei permanentis, et subiectum reddit Deo gratum; ista e contra se habet per modum transeuntis, et movet subiectum ad eliciendum actum supernaturalem. His praenotatis, sit

28. Conclusio 2^a
Angeli creati fuerunt beati beatitudine naturali, non autem beatitudine supernaturali.

Prob. 1^a pars. Beatitudo natu-

salis posita est in perfectione, quae omnem omnino miseriam excludat. Atqui Angeli creati sunt in illa perfectione, tum quod miseria sit poena peccati, quia sub Deo justo nemo potest esse miser, nisi mereatur suam miseriam, Angeli autem in ipso creationis huc instanti nullum peccatum habuerunt: Tum quia Patres expressè docuerunt: Diabolus et Angeli eius, inquit S. Augustinus, lib. De corrupt. et grat. c. 10. beati erant antequam caderent.

+ 2204

Prob. altera Conclusionis pars.

Idi non fuerunt creati beatitudine supernaturali beati, qui creati sunt viatores, atque ut per merita sua beatitudinem Supernaturalem tanquam premium consequerentur. Atqui sic creati sunt omnes Angeli; prout eventus docuit, aliqui eorum enim assumpti fuerunt ad gloriam, ceteri rejecti ab eâ, hi propter demerita sua, illi propter merita. Ergo. Ita etiam S. Augustinus mox it. loc.

Conclusio 3^{ta}

29.

Angeli creati fuerunt in statu gratiae sanctificantis*.

Prob. 1^o ex Scripturis, Ezechiel. 28. Sub figura Regis Tyrionum de Luciferò dicitur: Perfectus in virtutibus à die conditionis tuae, donec inventa est iniquitas in te. Et sub figura Regis Babylonis, Isai. 14. Quomodo cecidisti de caelo Lucifer qui mane oriebaris.

Joan. 8. De Diabolo ait Christus, ide homicida erat ab initio, et in veritate non stetit. Ergo prius fuit in veritate, hoc est, in iustitiâ, quam mortem primis

* Communis Theologorum sententia est, non esse dogma fidei, quod Angeli in statu gratiae sanctificantis creati fuerint. Quia nec Scripturâ nec traditione explicitè continetur, nec usquam Ecclèsia definit id in sacris illis fontibus vel implicitè contineri. Plures quoque ex antiquiori-

meum. Haec
tribuntur
sunt intel
in signum
olius attribuit
bolo quis vult
tedigenda est
et majestas
De Subjunctis
Unde hunc
elo 88. Trans
reco. In
Civ. c. 13. et
in quo creati
tulo et gratia
ar, 1^o Ut
nis instanti
m gratiam
ta, quod
suna, alla
est in ea
ino misera
tutivam
um Nota et
vratia sancti
tualis. Ple
ommentari
tum; ita
um trans
licendum
menotatis
de
runt beati
ntem beati
atitudo

bus Scholasticis con-
trarium dixerunt,
scilicet Angelos om-
nes non in statu gra-
tia sanctificantis,
sed tantum in justiti-
a quadam natura-
lis ordinis conditos
fuisse, a qua Luci-
fer cum sociis exii-
derit, et in qua e-
contrario alii stan-
tes, donati sint pos-
tea gratia sanctifi-
cante et auxiliis ac-
tualibus, quibus in-
tuitivam Dei visio-

Prob. 2^{do} ex S. Patribus S. Au-
gustinus, lib. 12. De civ. c. 9. Dicit, Ange-
los cum bona voluntate, id est, cum amo-
re casto, quo illi adhererent, Deum creasse,
simul in eis condendo naturam, et largi-
endo gratiam.

S. Ambrosius, lib. De Paradiso
c. 2. Hieronymus, in c. 28. Epist. Grego-
rius, lib. 22. Moral. c. 18. adducta a
nobis veteris Scripturae loca de Luciferis
interpretantur, nec non de donis gratia
illi a Deo concessis. Quod, inquit S. Grego-
rius, doni non habuit, si signaculum
Dei similitudinis fuit.

3
21

Ita Hugo Victori-
nus, l. 1. De Savam.
p. 5. c. 19. Magister
Sentent. l. 2. Dist.
Rupertus, l. 13. in
Matth. Alensis, Do-
naventura, Scotus,
multique alii, ver-
bo, teste S. Thoma, in
3. hujus Tractatus ostendemus,
tempore noster in justitia et sanctitate
originali fuit conditus, Deus enim,
ut testatur Eccles. c. 7. fecit hominem
rectum. Ergo et Angeli.
Conclusio 4^{ta}
Angeli sive boni sive mali, re-
ceperunt gratiam actualem ad bene agen-
dum et perseverandum.
Prob. Creatura innocentes, in
primis instanti sua creationis, recepe-
runt gratiam necessariam, ut possent
vitare quodcumque peccatum: Si au-
tem, ait S. Augustinus, lib. De concept. et
grat. c. 11. hoc adiutorium vel Angelo,
vel homini, cum primum facti sunt,

Prob. 3^{to} ratione. Angeli non
fuerunt creati in minori perfectione
quam primus homo; non enim potior ra-
tio est de homine, quam de Angelis, sive
bonis sive malis. Atque, ut communi-
ter docent Theologi, nosque infra Cap.
3. hujus Tractatus ostendemus, pro-
poreus noster in justitia et sanctitate
originali fuit conditus, Deus enim,
ut testatur Eccles. c. 7. fecit hominem
rectum. Ergo et Angeli.

5 3 21

Conclusio 4^{ta}
Angeli sive boni sive mali, re-
ceperunt gratiam actualem ad bene agen-
dum et perseverandum.
Prob. Creatura innocentes, in
primis instanti sua creationis, recepe-
runt gratiam necessariam, ut possent
vitare quodcumque peccatum: Si au-
tem, ait S. Augustinus, lib. De concept. et
grat. c. 11. hoc adiutorium vel Angelo,
vel homini, cum primum facti sunt,

... non utiq
... Angeli
... ut possent
... in minime
... dicitur
... in
... de homine
... ut bene
... bonum
... egeba
... hominis
... hrentu
... ne
... Cont
... de B
... est princip
... est ante
... neg. cor
... non int
... quata com
... 2.
... signetur de
... riam domi
... temporis
... variis.
... 2.
... antem
... tempus
... testatur.

Deiisset, non utique sua culpa cecidit 43.
sent. Atqui Angeli in sua creatione erant
innocentes, ac statim indignerunt gratia
actuali, ut possent vitare peccatum, om-
issionem minimum actus amoris in Deum,
ad quem eliciendum eodem, quo ratione
fui coeperunt, instanti tenebantur. Er-
go etiam eam receperunt.

Ita argumentatur S. Augusti-
nus, cit. loc. Quoniam, inquit tam de An-
gelis quam de homine, non talis natura
facta erat, ut sine divino adiutorio
posset permanere, si vellet. Namque
ut reciperet bonum, gratia non egebat,
quia nondum perdidit: ut autem in eo
permaneret, egebat adiutorio gratiae,
sine quo in omnino non posset.

Solvuntur objectio-
nes.

31.

Ob. 1^o Contra Conclusionem, inam
Job. 40. dicitur de Behemoth, id est, Lui-
fero, ipse est principium viarum Dei.

Ergo conditus est ante omnem creaturam.

Resp. neg. cons. namque 1^o per
Behemoth, non intelligitur Lucifer, sed
Elephas, juxta communem Interpretum
sententiam. 2^o Quamvis eo loci figu-
rate designetur Lucifer, dicitur princi-
pium viarum Domini ordinis praelatio-
ne, non temporis quantitate, ait Beda
4. 9. ex variis.

Ob. 2^o Apostolus ad Tit. c. i. scri-
bit mysterium Inarnationis fuisse pro-
missum ante tempora saecularia. Ergo
ante tempus erant creaturae, quibus pro-
mitteretur.

44.

Resp. Neg. cons. Verbum enim promisit, usurpatur pro, praedefinivit, ex SS. Chrysostomō, et Anselmō in hunc locum.

33.

Ob. 3^{ta}. Patres à Patribus expressè docent, Angelos fuisse creatos ante mundum, ut S. Hieronymus, in c. 1. ad Tit. S. Gregorius Nazianzenus, orat. 38. et 42. S. Joannes Damascenus, lib. de fide. S. Ambrosius, lib. 1. in Hexameron, c. 5. S. Hilarius, praefat. in Psalm. et lib. cont. Auxentium. Beda, lib. questionum, q. 9. S. Basilius, hom. 1. in Hexameron. Scribit, Angelos temporis conditione esse anteriores, et aeternos. Ergo, p.

Resp. Patres laudatos fuisse verà in illà sententià; Sanctum Basilium autem benignè esse intelligendum de aeternitate imperfectà, quae dicitur aevum, hoc est, longissima duratio, quae secundum illum coepit ante tempora saecularia, seu motum naturae corporalis, et nunquam desinet. Porro ut jam supra adnotavimus erravit hi Patres, eorumque opinio post Concilium Lateranense IV. antiquata est.

34.

Ob. 4^{ta} contra Conclusionem 2^{am}. Ibi creati non sunt beati, etiam beatitudine naturali, qui cesti non erant, se nunquam futuros esse miseros: illa quippe inertitudo, cum animum excruicet, non levis est miseria. Atqui Angeli cesti non fuerunt, se nunquam futuros esse miseros: non enim sciebant, an essent perseveraturi in statu, in quo conditi fuerant. Ergo Angeli non fuerunt creati in beatitudine etiam naturali.

4. 22

Resp. Dist. maj. Illi creati non 45.
fuerunt beati, etiam beatitudine natu-
rali, qui certi non erant, se nunquam fu-
tuos esse miseris, simulque certo non
siverunt, se habere media, quibus in
statu, in quo conditi fuerant, perseve-
rare possent, cons. Simulque id pro
certo siverunt, neg. maj. Angeli cer-
to cognoverunt, se per liberum arbitri-
um adjutum gratia, quam experiebantur
presentem, quamque sciebant, sibi
non defuturam, posse, si velent, in sta-
tu, in quo conditi fuerant, perseverare:
Si autem, inquit S. Augustinus, loc. supra
cit. hoc adiutorium vel Angelo, vel ho-
mini, cum primum facti sunt, defuis-
set.... non utique sua culpa cecidissent.

422

Ob. 5^{to} contra Conclusionem 35.
3^{tiam} Job. 4. legitur, quod Deus in An-
gelis reperit pravitatem; in hebraeo
habetur, in Angelis suis non posuit lau-
dem vel lucem. Atqui gratia et
justitia in sacris litteris appellantur
lumen et lux, juxta i. Aud. Petri, 2. Vo-
cavit eos in admirabile lumen suum.
Et Ephes. 5. Eratis aliquando tenebrae;
nunc autem lux in Domino. Ut filii
hujus ambulate. Ergo, p.

Resp. neg. cons. Quamvis adduc-
tus textus de laude vel luce intelligere-
tur, nihil tamen conclusioni nostrae ob-
est, siquidem hoc unum significat, si-
licet Angelos non habuisse laudem, vel
lucem consummatam et perfectam, qualem
habent beati Angeli beatitudine super-
naturali fontes, qui ideo ibidem c. 38.
dicuntur astra matutina Deum lau-

46. Dantia. Si autem textus sumatur, prout
in vulgata nostra exprimitur, utique
in Angelis Deus reperit pravitatem, post-
quam scilicet peccaverant.

36. Ob. 6^{to} Si omnes Angeli fuissent
in gratia sanctificante creati, nullus
eorum cadere potuisset. falsum conse-
quens. Ergo et antecedens. Prob. sequen-
tia majoris, quia si in gratia sanctifi-
cante fuissent creati, etiam fuissent su-
pernaturaliter ad Deum conversi: non enim
solet Deus gratiam sanctificantem con-
ferre personis propria voluntate uten-
tibus, nisi ipsis consentientibus et vo-
lentibus illam habere; adeoque ad Deum
conversis. atqui si Angeli semel
ad Deum fuissent conversi, nunquam
ab eo averti potuissent: tum quia An-
gelorum voluntas vel omnino mutari
non potest ab eo, quod semel elegit, vel
difficillime mutatur, et ideo postulatur
statim confirmari in sua electione:
tum quia si in primo instanti con-
versi fuissent ad Deum per gratiam,
meruissent beatitudinem. Ergo in
secundo instanti in premium eam ac-
cepissent, et sic cadere non potuissent.

Resp. neg. maj. et ad ejus pro-
bationem dicimus, quod licet Angeli
tenaces sint in eo, quod semel elegerunt,
tamen omnino ex se non sunt in sua
electione prorsus immobiles, ut suo
loco dicemus, atque ideo quamvis An-
gelus in prima sua operatione conver-
sus fuerit ad Deum, tamen ab illa con-
versione recedere potuit, quippe cum
liber esset, et adhuc in statu via; et

insuper, quia nova occasio peccandi ipsi 47.
occurrit, ut expresse docet S. Gregorius Na-
zianzenus, orat. 38. ubi de lapsu Angelorum.

Ob. 7^{mo} Ideo asseritur Angelos 37.
esse creatos in gratia sanctificante, quod
statim lux à Deo facti sint. atqui hoc
est falsum: siquidem S. Augustinus lib. 2.
De genes. ad litt. c. 11. asserit Angelicam
naturam primò informiter creatam fuisse,
et coelum dictam, postmodum vero forma-
tam esse, et luem appellatam. Ergo, p.

Resp. neg. min. ad id, quod ex S.
Augustino additur, Dist. S. Augustinus
asserit Angelicam naturam primò infor-
miter creatam fuisse per respectum ad
gloriam, con. per respectum ad gratiam,
neg. Status, quem per creationem ha-
buerunt Angeli, multum fuit imperfec-
tus, si comparatur cum statu gloria, non
autem si comparatur cum statu gratiae:
neque licet Angelus gratiam habuerit
viatori convenientem, non tamen ha-
buit perfectam illam gratiam, quae con-
venit possessori. Erat autem adhuc, ait
idem S. Augustinus, quod eorum adde-
tur beatitudini, id est, ut magnam per
Spiritum Sanctum datam abundantiam cha-
ritatis Dei, cadere ulterius omnino non
possent.

Vel cum S. Thomà Dist. Informis
fuit Angeli productio in instanti natu-
ra, con. in instanti temporis, neg.
Prius enim est prioritate natura, non
autem temporis, Angelum factum esse
in esse naturali, quam in esse gratiae.

Ob. 7^{mo} Ibi creati non fue- 38.
runt in gratia, in quibus Deus ostende-

51 23

51 23

* lib. De correct. et gratia c. 10.

48. re voluit, quid absque gratia posset liberum arbitrium. Atqui Deus in Angelis voluit ostendere, quid absque gratia posset liberum arbitrium; credimus, ait S. Augustinus*, Deum sic ordinasse Angelorum et hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset sua gratia beneficium, justitiæque iudicium. Ergo.

Resp. Dist. maj. In quibus Deus ostendere voluit, quid absque gratia actuali et quidem efficaci posset liberum arbitrium, conu. Absque gratia sanctificante, aut gratia actuali minime efficaci, neg. maj. S. Augustinus eo loci vult explicare discrimen, quod reperitur inter gratiam actualam, quâ creatura innocens indiguit ad operandum bonum, et inter gratiam, quâ creatura lapsa opus est ad idem bonum operandum: Discrimen autem illud est in eo positum, quod innocenti creaturæ, utpote sanæ et robuste, ad operandum bonum satis fuerit auxilium indifferens, et à libero arbitrio determinandum, cum è contra homo lapsus ad operandum bonum indigeat auxilio per se efficaci, seu quo liberum illius arbitrium, utpote languidum et infirmum ad bonum agendum determinetur: unde in hoc statu elucet divina gratia virtus et potentia, cum è contra in altero seu innocentia statu, liberi arbitrii vires emittuerint: Tale quippe erat, inquit S. Augustinus*, adiutorium, quod desereret, cum vellet, et in quo permaneret, si vellet, non quo fieret, ut vellet. Hac prima est gratia

[* loc. cit.

M
* cit. lib. c. ii.

quae data est primo Adam 1. ut et Angelis: 49.
Sed haec potentior est in secundo Adam.
Prima enim est in qua fit, ut habeat ho-
mo iustitiam si velit, secunda ergo plus
potest, qua etiam fit ut velit, et tantum
velit, tantoque ardore diligit, ut carnis
voluntatem contraria concupiscantem,
voluntate spiritus vincat. Hic ergo
de gratia reparante post casum agit S.
Augustinus, unde subjungit, Secundo
quid posset sua gratia beneficium: que
verba non ad Angelum referenda sunt,
sed ad hominem, qui gratia beneficio post
lapsum erectus est, cum per liberum
arbitrium stare non sisset. Unde istud
nobis obiectum huius S. Doctoris testimo-
nium ad rem praesentem pertinere non
videtur.

S. Tertius.

39.

De proprietatibus An-
gelorum.

Inter proprietates Angelorum
sunt cognitio, amor, locus, motus, locu-
tio, missio: de quibus singulis praesenti
S. agemus.

De cognitione
Angelorum.

Tria circa Angelorum cognitionem 40.
quaeruntur 1.º Quodnam sit obiectum co-
gnitionis Angelicae. 2.º Quodnam sit
illius medium. 3.º Quodnam sint illi-
us dotes seu qualitates, per quas ab hu-
mana cognitione differt.

Quod obiectum cognitionis An-
gelicae, seu id, quod Angelicus Intellectus

6. 24

6. 24

50. tus cognoscere potest, spectat, dicimus; 10
Angelum naturaliter cognoscere intuitivè
non solum propriam substantiam, et om-
nes actus suos naturales, sed etiam omnes
alias substantias tum materiales, tum spi-
rituales, quibus est intimè presens, imò
et alias omnes, quibusum intentionalem
unionem habet per speciem intelligibilem,
quantumvis idæ res ab eo distent. Nam hæc
omnia objecta sunt intelligibilia, propor-
tionata intellectui Angelico, eiq̃ue suffi-
cienter applicata ad cognitionem intuiti-
vam. Porro entia à se ipso distincta co-
gnosuit vel in se, vel in specie intelligibili.
Unde indigentiam nostram, et peccas intel-
ligunt quasumque ipsis intermediis in De-
um dirigimus. vid. dicta in Metaphysicâ
nostrâ p. 2. c. 2. §. 2. q. 8.

20. Angelus naturaliter cognos-
cit et quidem evidentè, sed abstractivè
duntaxat, Dei existentiam. Nam natura-
liter suam substantiam comprehendit.
Ergo naturaliter cognosuit evidentè essen-
tialiam substantiam suâ dependentiam
à Deo creatore, ideoque essentialiam
existentiam suâ cum Dei creatoris existen-
tiâ connexionem. At Angelus non po-
test naturaliter cognoscere Deum intuiti-
vè: Nam Deus videri non potest intuiti-
vè à creaturâ sine lumine gloriæ seu
auxilio aliquo supernaturali, prout in
Tractatu de Deo part. i. c. 4. §. 2. num. 89.
ostendimus, quod lumen, ut pote super-
naturale, nulli creaturæ est connaturale;
alioqui creaturâ intellectiva esset natura-
liter impervabilis et beata.

Porro Angelus se ipsum cognosuit

intuitive, absque specie intelligibili. Quia 51.
cum objectum intelligibile per se ipsum
est intimè præsens, et conjunctum intel-
lectui; tunc intellectus non indiget spe-
cie intelligibili ad cognoscendum intuiti-
vè objectum: nam species intelligibilis re-
quiritur tantum ad supplendam vicem ob-
jecti absentis, aut non intimè præsentis
intellectui.

3^o Angelus non potest naturali-
ter certò cognoscere secreta cordium, id
est liberos actus intellectus et voluntatis
hominis vel Angeli sine ejus consensu. pro-
ut jam in Metaphysicâ nostrâ cit. loc. ad-
notavimus.

Prob. 1^o Ex Scriptura, que soli Deo
tribuit certam cognitionem secretorum
cordis cogitationum, ut 1. 3. Reg. c. 8. Tu so-
lus solus cor omnium filiorum hominum.

Item Jerem. c. 17. Prævalens est cor omni-
um et insurmountabile: quis cognoscat illud?
Ego Dominus scrutans cor, et probans renes.

2^o Ex Patribus. Pro omnibus hinc
S. Chrysostomus, Hom. 24 in Joan. Humana-
rum cordium, inquit, cognitio solius Dei
est, qui ea formavit.

S. Hieronymus, in verba citata Je-
remie: Melius est, ait, ut simpliciter acci-
piamus, quod nullus cogitationum secre-
ta cognoscat, nisi solus Deus.

S. Augustinus, serm. 6. de diversis.
Cogitationes, inquit, quas modo non videt
nisi Deus, omnes invicem videbunt in illâ
societate sanctorum.... Cor vivere Dei est.

3^o Prob. ratione. Quia creatura
intellectualis, utpote nata constituere cum
aliis societatem, atque ob dignitatem et

7. 25

52. excellentiam propriam naturaliter exigit et
jus habet, ut cogitationes et volitiones, hae
alteri non innotescant sine proprio con-
sensu. Unde Deus secundum hanc exi-
gentiam tandem uni Angelo denegat
conuorsum suum ad clarè cognoscendum
cogitationes alterius Angeli vel hominis,
quandiu hic non vult cogitationes
suas ei patere. Nihil tamen obesse
potest, quin Deus, utpotè supremus
rerum omnium Dominus exigentiam
illam superare et frustrare possit, et non
nisi irrationabiliter invita creaturâ in-
tellectuali revelare cogitationes ejus, non
expectato ejus consensu.

7 25 +
Neque etiam absumus, quin Ange-
lus secretas cordium cogitationes conjectu-
raliter saltem, ex quibusdam scilicet
signis seu effectibus, quibusum proba-
bilem tantum connexionem habent, co-
gnoscere valeat.

4.º Angelus non potest natura-
liter certò cognoscere futura libera. Nam
Scriptura et Patres certam actuum futu-
rorum liberorum predictionem, proinde-
que cognitionem Deo soli convenire do-
cent. Quare cum Angeli boni futura
libera certò prænuuntiarunt, ea per reve-
lationem divinam certò cognoverunt.

Circa medium cognitionis Ange-
lorum, cuius nomine hic intelligitur id
in quo Angelus videt objecta ad quae fieri
potest illius cognitio, variae sunt Scho-
lasticorum opiniones. Nonnulli docent
Angelum videre res omnes in speciebus,
quae ipsi sunt, aut à Deo infusae, aut
congenitae. Et contra alii docent, An-

gelum res nonnullas videre in sua substantia^{53.}
tia, alias vero in ipsarum rerum speciebus.

Videtur 1^o. Quod Angeli non
videant Deum in aliqua specie creata
ab ipsa sua cognitione distincta, sed eum
in se ipso immediate videant, quia intuiti-
tive eum vident: hoc enim est discrimen
inter intuitivam Dei visionem
seu cognitionem, et abstractivam;
quod ista sit cognitio Dei in creaturis,
illa vero in ipso Deo. Atqui Angeli, cum
sint beati, Deum vident intuitive. Ergo
eum vident non in specie aliqua creata
ab ipsa cognitione distincta, sed in illo im-
mediate.

Videtur 2^o. Quod Angeli neque
se ipsos videant in speciebus a se distinctis,
nam huiusmodi species sunt proorsus inutili-
les, ut pote que ideo tantum sunt necessa-
ria, ut facultas intellectiva conjunga-
tur cum objecto cognoscendo. Atqui hec
species ad id non sunt necessaria: signi-
ficet Angelus sibi ipse intimè presens est,
ac proinde non est opus speciebus in na-
tura Angelica, que est objectum cogni-
tionis, ut cum facultate intellectiva con-
jungatur, quippe que ei est presentissi-
ma, eique identificata, prout supra dictum.

Videtur 3^o. Quod Angeli in se
ipsis cognoscant communes ac generales
rationes rerum omnium corporearum.
Nam Angeli cognoscunt in se ipsis rationes,
que in illorum natura continentur, se
ipsos scilicet comprehendunt. Atqui com-
munes et generales rerum omnium

8. 26
§ 4. corporearum rationes continentur in Ange-
lorum natura: siquidem naturae Superio-
res continent rationes communes natura-
rum inferiorum; sic vivens includit per-
fectiones communes non viventis, animal
v. g. perfectiones lapidis: Sed Angelorum
natura Superior est natura corporea.
Ergo continet rationes communes rerum
corporearum.

Videtur 4^{to} quod Angeli non ta-
men cognoscant in se ipsis rationes Specificas
et Singulares rerum corporearum. Nam
Angeli id. Solum in se ipsis cognoscunt, quod
in eorum natura continetur; ut enim
aliquid cognoscatur in aliquo medio, ne-
cesse est, ut in illo contineatur. Atqui
rationes Specificae ac Singulares rerum
corporearum non continentur in natu-
ra Angelica, alioquin Angelus esse lapis,
quod implicat; Ergo, p.

2 4 26 +
Videtur ergo 5^{to} quod eas in pro-
priis illarum corporearum speciebus rerum
speciebus videant, et cognoscant. Nam
Angeli cognoscunt rationes Specificas et
Singulares rerum in eo, per quod res illae
conjunguntur eorum facultati intellectu-
tiva, et per quod representantur. At-
qui rationes Specificae et Singulares re-
rum per species conjunguntur facultati
intellectiva Angelorum, et per eas
representantur: cum enim in Angelica
natura minime contineantur, non est
aliquid aliud praeter illarum rerum spe-
cies, per quod res conjungantur intellec-
tiva facultati Angelorum, et per quod
represententur.

Videtur 5^{to} Quod Angeli per
 species sibi congenitas videant rationes
 communes rerum, singulares vero per
 species à Deo infusas. Nam quoad innum
 Angeli per species sibi congenitas vident
 ea, quae in propria sua natura cognoscunt.
 Atqui, ut supra dictum, Angeli vident
 in propria sua natura communes rerum
 rationes. Ergo, p. Quoad 2^{um}
 Angeli, ut etiam prius dictum, vident
 res singulares in earum speciebus. Sed
 illae species ex objectis exterioribus non
 recipiuntur ab Angelis: neque enim res
 corporea possunt Angelos ad sui cognitio-
 nem movere; quod enim corporeum est
 movere non potest spirituale, nisi illi, ut
 anima rationalis corpori, sit unitum. Ergo
 species, de quibus agitur, sunt Angelis à
 Deo infuse.

Circa Jotes seu proprietates cogni- 41.
 tionis Angelorum sequentia quaerunt Theo-
 logi. 1^o An sit semper in actu. 2^o An mul-
 ta simul attingat. 3^o An sit disjunctiva.
 4^o An componat ac dividat. 5^o An possit
 esse falsa. 6^o Quid sit tum matutina
 tum vespertina cognitio Angelorum.

Quantum ad innum videtur, quod
 Angeli cognitio semper sit in actu respectu
 eorum, quae videt in verbo, non autem
 respectu aliarum rerum. Nam ea co-
 gnitio semper est in actu respectu illius
 objecti, quod sine intermissione contem-
 platur. Atqui Angelus sine intermissio-
 ne contemplatur res quas videt in verbo;
 scilicet Verbum est veluti speculum, in

es continentur in
 in natura
 mes communes
 e vivens includit
 non virtutes
 his: Sed Angeli
 natura corpore
 es communes
 quod Angeli
 ipse rationes
 in corpore
 ipse cognoscunt
 tinetur, ut
 aliquo modo
 tineatur, ut
 Angulares
 tinetur in
 Angelus
 to Quod ea
 species
 gnoscant
 ones specie
 per quod
 facultati
 sentantur
 t singulare
 guntur
 um, et per
 im in Angeli
 eantur, non
 rum rerum
 gantur in
 m, et per

58. quo res illa necessario representantur.
Item, Angeli cognitio non semper est in
actu respectu rerum, quas sine intermissio-
ne non considerat. Atqui non considerat
sine intermissione res, quas non videt in
Verbo; in hoc enim Angelica cognitio
differt à cognitione divinâ, quod hæc sem-
per actu in objectum suum feratur.

Quantum ad secundum, videtur
dicendum, quod Angeli cognitio plura qui-
dem simul attingat non tamen omnia.
Nam Angeli cognitio simul attingit ea,
quæ in unâ specie representantur. At-
qui plura, licet non omnia, in unâ spe-
cie representantur. 1.º In unâ representantur
in Verbo, exhibentur in essentia divinâ,
quæ maximè est una. 2.º Individua ejus-
dem speciei, in unâ communi ideâ repre-
sentantur. 3.º E contra quæ sunt diver-
sæ speciei non continentur in unâ ideâ,
v. g. Leo non continetur in ideâ bovis.
Ergo simul non cognoscuntur.

Quantum ad 3.º videtur, quod
Angelorum cognitio non sit disjunctiva.
Saltem respectu eorum, quæ naturaliter
ab eis cognoscuntur. Illa quippe cog-
nitio non est disjunctiva, quæ non infert unum
ex alio, disjunctiva quippe est illatio unius
ex alio; Atqui Angeli cognitio non in-
fert unum ex alio in eis, quæ naturaliter
ab ipso cognoscuntur, nam talis cognitio
est comprehensiva, adeoque omnia simul
novit, nec prout fit in illatione, ex no-
to infert prius ignotum. Ergo.

Dixi saltem propter eos, qui dubi-
tant, an Angelica cognitio non sit disjunc-
tiva respectu eorum rerum, quæ ab eis

P. L. 27

naturaliter non cognoscuntur, ut sunt 57.
cogitationes cordium, et res aliquo modo su-
pernaturales.

Quoad 4^{um} Ex dictis sequi videtur,
Angelos res naturales unico intuitu cognos-
cere, absque compositione aut divisione
proprie dicta, id est, absque comparatio-
ne unius rei cum alia, ex qua colligere-
tur convenientia vel inconvenientia,
liquidem hoc fieri nequeunt sine disur-
su: ac proinde unico ac simplicissimo actu
cognoscunt Angeli Subiectum et proprie-
tates, causam et effectus, non proprietates
in Subiecto, neque causam ex effectibus,
sed proprietates in Subiecto, et effectus in
causis.

Quantum ad 5^{um} Videtur, quod
Angeli cognitio non possit esse falsa res-
pectu eorum, quae ab illo naturaliter co-
gnoscuntur; imò nec respectu eorum, quae
Supernaturaliter conveniunt Objecto, se-
cus verò in Angelis Dammati. Nam quan-
tum ad 1^{um} Cognitio comprehensiva
non potest esse falsa, posita enim est in
perfecta et adequata Objecti cognitio-
ne, ac proinde Objecti, prout est à parte
rei. Atque, ut iam saepe diximus, An-
geli cognitio est comprehensiva respec-
tu eorum, quae ab eo naturaliter cognos-
cuntur. Ergo, p. Quantum ad

2^{um} Ea cognitio non potest esse falsa,
quae non dicit absolutam sive affirma-
tionem, sive negationem. Sed in An-
gelis Sanctis cognitio eorum quae Super-
naturaliter tantum cognosci possunt, non
dicit absolutam sive affirmationem,

* id est, quae supra
naturam sunt, at-
que à Deo unico pen-
dent; eadem est ra-
tio eorum merè
contingentium.

PL 27 3

58. sive negationem, sed hypotheticam tantum, hoc est, salva ordinatione divina: è contra vero pravi Angeli, cum eorum voluntas sit inordinata, absolutum de rebus supernaturalibus, aut merè contingentibus iudicium ferunt; ac proinde mirum non est, quòd in iis rebus sepeissime fallantur.

Quantum ad 6^{um} Cognitio matutina vocatur, quà Angeli cognoscunt res in Verbo Divino, ubi omnia clarissime lucent tanquam in sole aeterno. Vespertina dicitur, quà res easdem cognoscunt per illarum species sibi congenitas; quæ cognitio, facta comparatione ad eam, quæ Verbum Divinum videtur et res in Verbo, obscurior est, et idcirco dicitur Vespertina.

Hæc distinctio cognitionis Angelicæ in matutinam et vespertinam à S. Augustino excogitata fuit, ut caput primum Genesis, in quo mundus sex dierum spatio à Deo creatus narratur facilius exponeret*. Cum enim quarto die Sol factus describatur, difficile ei videbatur, quâ ratione ante quartum diem potuerit esse distinctio inter manè et vesperè, et series illa dierum, qui Solis circuitu peraguntur. Unde ut ab hæc difficultate se expediret, de die spirituali seu cognitione Angelicâ, illud exposuit: ita ut sicut ex manè et vesperè fit unus dies consuetus; sic ex utraque notitiâ matutinâ et vespertinâ, unus dies Angelicæ cognitionis exurgat. vid. S. Thom. q. 8. de verit. art. 17. ubi duplicem hanc Angelorum cognitionem, matutinam videlicet et vespertinam, latè exponit.

2.
* at recentiores Philosophi neglecta hæc subtili quidem sed forte minus solida cognitionis Angelicæ distinctione, satis clarè ostendunt, quomodo fuerit manè et vesperè ante Solis creationem.

28

De Angelorum amore.

59.
42.

Amor est motus, quo voluntas fertur in bonum, et quidem per complacentiam, si sit praesens, per desiderium veri, si sit absens. Talis autem motus datur in Angelis, ut pote qui sequatur ex ejusdem boni cognitione, neque enim intellectus potest aliquod bonum cognoscere, quin voluntas aliquo in eum motu, cum sit naturale illius objectum, veluti quodam pondere feratur: cum ergo in Angelis sit boni cognitio, necesse est, ut etiam in eis sit quidam ejusdem boni amor.

2 28 4

igitur Angelus seipsum, creaturas mente praeditas, et Deum diligit, sed diversimode. Nam sibi, creaturis mente praeditis, et Deo vult bonum; sibi quidem et ceteris creaturis mente praeditis vult pacem, quae non habetur nisi per possessionem ultimi finis, ad quem creaturae mente praeditae creatae sunt, Deo autem, summum honorem, summamque gloriam. Creaturas quidem in ordine ad Deum, Deum vero propter se ipsum. Amor autem, quo Angelus Deum diligit super omnia, non est amor naturalis, sed supernaturalis, quia hic amor est amor castus, prout ait S. Augustinus, at amor castus ex eodem S. Doctore, est Charitas; Charitas autem ex Deo est, i. Joan. 4.

Amor iste Angelorum naturaliter immutabilis esse non videtur. Nam ipse re ipsa mutatus est: si enim,

60. qui perierunt, ex amantibus Deum, peccando facti sunt non amantes. Demonis voluntas circa Christi mortem mutata est: prius enim eam voluit, sed postea eam per Judaeos, qui petierunt, ut de cruce descenderet, conatus est impedire. 2^o. Si quis amor Angelorum esset naturaliter immutabilis, tunc esset praesertim Amor Dei, qui in Angelis beatis reperitur, et amor peccati, qui est in Daemonibus. Atqui neuter ex his amoribus est naturaliter immutabilis; si enim esset naturaliter immutabilis, Patres beatificum Angelorum amorem adscripsissent eorum naturae, non autem Dei gratiae; et eidem naturae obstinatum peccati amorem, qui in pravis Angelis reperitur, non autem divina desertioni tribuissent. Atqui neutrius ex istis amoribus immutabilitatem Angelorum naturae tribuerunt Patres, sed aut soli gratiae, aut divinae desertioni. Ergo, p.

43. Circa locum, motum et locutionem Angelorum, vide ea, quae in Metaphysica nostra citata part. 2. c. 2. §. 2. q. 6. 7. et 9. haec de re disserimus, quibus hic nihil addendum esse censemus.

44. De missione Angelorum.

Nomine missionis intelligitur processio à Deo per imperium ad aliquem effectum producendum. Eam Angelis convenire, declarat Scriptura tum vetus tum nova, ubi legitur, An-

gelos iussos esse aut ministeria sua hominibus exhibere, aut quae ventura erant praenuntiare: Exod. 33. Sic Deus Moysi loquitur: Mittam praeviosorem tuum Angelum. Tob. 12. Raphael ait, Tempus est, ut revertar ad eum, qui me misit. Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel a Deo.

Atque non modo ex infinis ordinibus, sed ex omnibus ad huius universi regimen ~~et~~ hominumque tutelam mitti satis aperte indicare videtur Apostolus Heb. 1. Nonne omnes, ait, sunt administratores Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? His ita praesuppositis

Interitur hic utrum quilibet homo habeat Angelum bonum sicut custodem; Item num etiam Angelus malus cuilibet homini adstet ad illum exercendum et vexandum, et a quo vel ad peccatum provocetur, aut in natura ac fortuna rebus detrimentum patiatur.

Quoad primum dicendum, quod singuli fideles habeant Angelum custodem.

Prob. 1.º Quia id satis clare indicat et supponit Scriptura, Psalm. 33. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos. Et Psalm. 90. Angelis suis mandavit De te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Matth.

18. Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in coelis semper vident faciem Patris mei, qui in coelis est. Act.

12. Scriptura refert, Petro e carcere educto et ostium pulsante, multum fi-

3. 27
Iste locus de omnibus Angelis absolute est intelligendus, cum tali ratiocinio Apostolus probet Christum superiorem ac majorem esse quibuslibet Angelis. Hinc unus e Seraphim, id est ex supremo Angelorum ordine mittitur ad prophetam Isa. 6. Raphael ad Tobiam. Gabriel ad Mariam, 1.º. Hoc ita certum est, ut oppositum sit saltem erroneum, quamvis iuxta communem Doctorem sententiam non sit de fide, eo quod in Ecclesia nunquam aperte definitur, nec evidens sit unanimis eadem de re Patrum sententia.

62. Deles, qui in eâ domotunc erant, dixisse: Angelus ejus est, v. 18. Ergo primis Christianis perquam erat, unicuique Fidelium deputatum esse Angelum custodem.

Prob. 2. Ex communi Patrum consensu. Origenes, Hom. ii. in c. 18. Num. Sic dicebatur, ait, in Actibus Apostolorum, quia Angelus Petri esset, qui pulsaret ad ostium. Similiter ergo intelligitur esse et alius Pauli Angelus, sicut est Petri, et alius alterius Apostoli, et singulorum per ordinem.

S. Gregorius Thaumaturgus, orat. paregypticâ in Origenem. Quisquis est privatim paedagogus noster s. Angelus:... qui cum in cæteris omnibus bonus semper introitor et curator meus fuerit... ut olim me, ita nunc quoque alit, erudit, ac manum ducit.

S. Basilus, lib. 3. contra Eunom. Quod singulis fidelium adit Angelus, ut paedagogus quidam et pastor ad vitam dirigendam, nemo contradicit, qui verborum Domini recordatur, dicentis: ne contemnatis unum ex his pusillis, p.

S. Chrysostomus, Hom. 3. in c. i. Epist. ad Coloss. Unusquisque Fidelis habet Angelum. Nam etiam ab initio unusquisque vir probus habebat Angelum, sicut dicit Jacob: Angelus qui paravit me, et liberavit me à juventute meâ. Si ergo habemus Angelos, modestè nos geramus, tanquam nobis adsint quidam paedagogi.

S. Hieronymus, in c. 18. Matth. Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui Angelum delegatum.

S. Joannes Damascenus, l. 2. de 63.

Fide orthod. c. 3. Cuique hominum sigilla-
tim designatus est Angelus custos, Director,
et Dux, ad bonum invitans, a malo præfer-
rans, et ad felicitatis æternæ gloriam insti-
mulans.

S. Bernardus, l. 4. de considerat.
Singulis hominibus dari creduntur / An-
geli / nisi in ministerium secundum Pau-
li doctrinam, p. His adde Justinum,
Theodoretum, et alios.

Prob. 3^{ti}o Ex Catholicorum om-
nium, Deoque vera Ecclesia consensu.

Dicendum 2^o. Multum probabi 46.

le esse, etiam infidelibus et reprobis om-
nibus ac singulis adesse Angelum custo-
dem.

Prob. 1^o Ex adductis non Patri-
bus, Origene, S. Gregorio Thaumaturgo,
S. Hieronymo, S. Damasceno, S. Bernar-
do; qui sine exceptione affirmant cuili-
bet homini datum esse Angelum custodem.

Angelus, inquit S. Ambrosius, in Psal. 38.
in circuitu est hominis, qui præten-
dit, ne quis noceat ei. Ubi nec ipse distinguit
fidelem ab infideli et reprobo, sed in omni-
bus et singulis vult adstare Angelum cus-
todem.

Prob. 2^o Ex communi Scholastico-
rum consensu post S. Thomam, i. p. q. 113.
art. 4.

Prob. 3^{ti}o Ratione. Quia nemo
ex infidelibus et reprobis viatoribus ex-
cluditur à generalibus salutis mediis,
prout in Tract. de Deo Uno et Trino part. i. c. 6.
S. 7. à pag. 208. fusè probavimus. Inter ea
autem media est etiam Angelorum cus-

64. totia. Nam ut ibidem ostendimus, Deus
vult sincerè omnium etiam infidelium
et reproborum salutem.

47. Dicendum 3.^{to} Neque esse impro-
babile cuique regno, provincia, imò et ci-
vitati deputatum esse Angelum custodem.

64 30
+ Prob. 1.^o Ex Scriptura. Angelos
fidelium exercitibus præesse probant hæc
Josua 5. Sum, inquit Angelus, princeps
exercitus Domini. Daniël. 10. fit men-
tio Angeli, qui præerat regnò Persarum,
et alterius, qui præerat regno Græcorum:
nempe qui princeps erat regni Græcorum,
sic Daniëlem allocutus est: Princeps regni
Persarum restitit mihi viginti et uno
diebus, et ecce Michaël unus de Principi-
bus primis venit in adiutorium meum, et
ego remansi ibi iuxta regem Persarum.

Prob. 2.^o ex S.^s Patribus. Basi-
lius, De Angelis agens, lib. 3. cont. Eunomium.
Alii ipsorum, inquit, gentibus præpositi
sunt, alii verò fidelium singulos conse-
quuntur.

Theodoretus, q. 3. in Genes. Cui-
que genti, ait, Angelum præesse affirmat
Scriptura. Idem docet Ambrosius,
lib. 3. de Virginit. Damascenus, lib. 2.
de fide orthod. c. 2.

Imò iuxta Origenem, Hom. 20.
in Num. S. Ambrosium, lib. 2. in Lucam,
et S. Gregorium Nazianzenum, orat. 32.
Singulae Dioceses suos habent Angelos
tutelares.

Ex communi autem consensu, Ec-
clesia universalis suum habet Angelum
tutelarem, nempe Michaëlem Archange-
lum, qui olim Synagoga profuit.

Bona varia sunt custodia Angelica
 ca functiones. 1^a est, exutare intellectum
 et voluntatem ad prosecutionem boni et
 fugam mali, non quidem immediate et
 per impressionem specierum vel aeternum
 vitalium in intellectu et voluntate, quod
 solius Dei proprium est; sed mediate, vi-
 delicet partim signis externis, et sensibili-
 bus, v.g. vocibus in aere formatis, quorum
 exempla extant in Scriptura et Historiis
 sacris; partim et communius agendo in-
 sensum internum, immutando phanta-
 siam, aut moderando, sedando, immu-
 tando passiones per variam commotio-
 nem humorum et spirituum.

S. 31

2^a est, pericula avertere, causas
 scilicet sive necessarias, sive liberas amo-
 liendo, ex quarum actione sequeretur
 aliquod periculum corporis aut animae,
 vel monendo, ut vitetur.

3^a compescere demones, ne ni-
 mium tentent, aut aliter noceant.

4^a offerre Deo suorum clientum
 preces, ut constat ex Scriptura, Apoc. 8.
 et alibi. Hoc autem non faciunt, Deo illas
 exhibendo, cum per se pateant, sed sua
 precatione efficaciores reddendo.

5^a est, pro nobis orare, etiam
 cum non oramus, nec bonum agimus,
 imò etiam cum peccamus, ut nobis con-
 versionis gratiam impetrent.

6^a hos clientes poena medici-
 nali corripere.

Septima denique est, suorum
 clientum animas in purgatorio consolari
 easque plene purgatas inde ad Coelum de-
 duere, ut colligitur ex Luc. 16.

ostendimus, in
 stram infidelium
 Neque spe
 rovinia, in
 Angelum custod
 natura. Angeli
 necesse probant
 Angelus, prout
 aniel. 10. filii
 t regno forsan
 t regno forsan
 at regni forsan
 st: forsan
 li viginti et
 l unus de forsan
 atorium mem
 regem forsan
 P. Patribus, in
 6. 3. cont. forsan
 antibus prout
 singulos
 3. in forsan
 pacis apud
 et Ambrosius
 raxemus, lib.
 senem, forsan
 lib. 2. in forsan
 demum, orat
 labent forsan
 tem consensu
 labet forsan
 elem forsan
 profuit.

66.
49.

Quantum ad 2^{um} dum quavis non pauci Theologi Scholastici post S. Gregorium Nyssenum in l. De vita Moysis, docent, singulis hominibus demonem tentatorem esse assignatum, non quidem à Deo, sed à Luciferò Dei operum imitatore, Deo id permittente ob bonos fines, id tamen non satis probabile videtur, neque enim Angelus malus reprobis deputari debet, ut eos ad malum provocet, cum plerique Demoni ultro et sine ulius mali Angeli provocatione serviant, atque in omnibus pravis concupiscentiis desiderii obsequantur. Hæcque sententia nec Scripturis nec Patribus nititur, videnturque traxisse originem à gentilibus, qui duos genios, alterum bonum, et alterum malum, cuique homini destiniatum voluerunt.

S. Quartus.

De merito Angelorum.

Conditiones ad meritum requisita ex parte operantis hæc sunt, ut sit liber, viator, in statu gratiæ sanctificantis. ex parte operis vero, ut sit bonum tum ratione ~~formæ~~ objecti, tum ratione finis; deinde ut fiat ex impulsu gratiæ actualis. Hæc autem conditiones locum habuerunt in Angelis. 1^o enim erant liberi: neque enim ex necessitate determinati erant ad aliquis actus sive speciem, sive exercitium, unde, ut ait S. Augustinus sup. citatus, aliis cadentibus per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt alii.

2^o Erant viatores: licet enim creati fuerint beatitudine inchoata, que

* meritum generatum est operis dignitas ac valor in ordine ad premium.

... in imperio
... facto idius
... ut superius
... beatitudinis con
... Dei cognitio
... quibus fieri
... termino
... creatio
... et sanctific
... super
... actum
... charitatis al
... quibus quabo
... tum
... ad opera
... gratia
... alibi, atque
... dicimus.
... meritis.
... ita pos
... merentur An
... meritis ang
... tificantis, et b
... tualem, qua p
... Dei visione.
... Prob. 1^o H
... naturalis orb
... gratia hili
... tudinem super
... tumque Ange
... 2^o Id mer
... rimum illius i
... qui beatitudo
... rimum, just
... concept. et grat
... loquitur, An
... per liberum

64.
posita est in imperfecta Dei cognitione,
et imperfecto illius amore, non tamen
fuerunt, ut superius dictum, creati in sta-
tu beatitudinis consummata, quo in in-
tuitiva Dei cognitione consistit, ac provin-
de aliquandiu fuerunt in via, nec sem-
per in termino. 3^o Ab initio seu
in primo creationis instanti gratia ha-
bituali et sanctificante instructi fue-
runt, prout supra probavimus. 4^o Potue-
runt elicere actum obedientiae, fidei,
Spei, et charitatis aliarumque virtu-
tum, adeoque quae bona essent tum ra-
tione objecti, tum ratione finis. 5^o
Denique ad ea opera efficienda presen-
tem habuerunt gratiam actualem, uti
dicimus alibi, atque in Treatatu de gra-
tia fusiis dicimus. Unde patet Ange-
los revera meruisse.

32
Hoc ita posito, quaeritur, quid-
nam meruerint Angeli? Et dicimus,
illos meruisse augmentum gratiae
sanctificantis, et beatitudinem super-
naturalem, quae posita est in intuitiva
Dei visione.

Prob. 1^o. Homo viator per actus
Supernaturales ordinis meretur utrum-
que, gratia scilicet augmentum, et
beatitudinem Supernaturalem. Ergo
et utrumque Angelus meritus est.

2^o. Id meruit Angelus, quod fuit
premium illius in bono perseverantiae.
Atqui beatitudo Supernaturalis fuit
huiusmodi, iuxta S. Augustinum, lib.
de concept. et grat. c. ii. Sup. cit. ubi
Sic loquitur, Angeli Sancti cadentibus,
aliis per liberum arbitrium, per idem

Quod speciem illius attinet, dicitur ^{69.}
53.
nunc illud fuisse peccatum Superbia.

Aperte docent Scripturae. Tob.
4. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut
in tuo verbo Dominari permittite, in ipsa
enim initium sumptit omnis perditio.
Ecclesi 10. Initium omnis peccati Superbia.
Huc etiam pertinet quod Isa. 14. sub
figura Regis Babilonis de diabolo dicitur:
Detructa est ad inferos Superbia tua
quomodo cecidisti de coelo Lucifer,
qui mane oriebaris? Qui dicebas in
corde tuo: in coelum conscendam, su-
per astra Dei exaltabo solium meum
.... Similis ero altissimo.

Suffragantur SS. Patres. S. Atha-
nasia, in orat. de virginitate. Ingens,
inquit, remedium est ad solutem ani-
mi humilitas; immo Satanas non ob-
stinationem, aut adulterium; aut
furtum deiecitur sit e coelo, sed Superbia
illum inde precipitavit infra ipsam abyf-
sum, cuius haec verba fuerunt: ascendam
et ponam solium e regione Dei, et ero
aqualis altissimo.

S. Ambrosius, in Psal. 36. ad illud
vili impium Superexaltatum. et in Psal.
118. ad vers. Insuperasti superbos, et
rursus ad istum, Superbi inique age-
bant nequequamque

S. Augustinus, lib. 12. de civ. c. 8.
De Angelis Apostatis sic loquitur: Ab illo,
qui summus est, aversi, ad se conversi sunt,
et hoc vitium nihil aliud est, quam Super-
bia. His consentiunt SS. Chrysosto-
mus, Cyrillus Alexandrinus, Hierony-
mus, Prosper, &c.

Hoc etiam probat S. Thomas ista ratione. In spiritualibus, quae secundum se bona sunt, appetendis, non potest esse peccatum nisi appetatur contra regulam aut praeceptum superioris: porro non sibi superiori in eo in quo debet, est peccatum superbiae. Ergo, p.

S * q. 63. a. 3.

In eo autem, iuxta S. Thomam, et communio Scholasticorum, posita fuit diaboli superbia, quod inordinate, hoc est, propriis viribus voluerit acquirere suam beatitudinem, in qua se ipso fueretur tanquam sibi sufficiens, et ceteris limitis altissimo, solus enim Deus sibi est beatitudo. Ipse sibi, ait S. Ambrosius, in Epist. 118. ad beatam vitam sufficere voluit.

Item S. Augustinus, lib. 12. de Civ. c. 1. se sibi sufficere iudicavit. Et S. Bernardus, Sermon. 3. de rebus Haereticis, se ipso voluit esse contentus.

Circa auctores primi Angelorum peccati, quaeritur 1.º utrum aliqui ex singulis ordinibus ceciderint. 2.º Utrum Daemonum Princeps fuerit omnium Angelorum Supremus.

Quantum ad primum probabile est, aliquos ex singulis ordinibus cecidisse.

In non obscure innuit Apostolus ad Rom. 8. ubi inter humanae salutis hostes recenset, Angelos, Principatus, Virtutes: Neque Angeli, inquit, neque Principatus, neque Virtutes... neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. 1.º ad Cor. c. 12. praeter Principatus et Virtutes recenset Potestates: cum evanaverit, ait, omnem Principatum et Potestatem et Virtutem. Ex ordine Seraphinorum nonnulli quoque lapsi sunt, nam, ut communis est sententia,

72. lib. 32. Moral. c. 24. Bernardum Sermon. i.
De Adventu.

55. Poena Ierique, quae consecuta est
Angelorum peccatum quadruplex recensetur.
1^o Cocitas mentis, propter quam Demones
simpliciter dicuntur tenebrae, Luc. 22. Hae
est hora vestra, et potestas tenebrarum.
Ephes. 6. Mundi rectores tenebrarum harum.

2^o Obstinatio voluntatis in malo, a
qua denominantur Spiritus mali, Spiritus
nequam. 1. Reg. 16. Spiritus Domini
malus arripiebat Saül. Psal. 77. Immis
siones per Angelos malos. 3^o Exclusio
a gloria. 4^o Tormentum ignis, Matth.
25. Discedite... maledicti in ignem aeter
num, qui paratus est Diabolo et Angelis
ejus. In quibus verbis etiam intelligitur
exclusio a gloria.

56. Igitur 1^o Demones carent omni
provisum lumine Supernaturali, Reprobi
Spiritus, inquit S. Bernardus, Ep. 77. ad Hu
gonem, etsi destituti sunt participatione
gratiae spiritualis. Ratio est, quia
lumen gratiae est ordinatio quaedam ad
vitam aeternam. Atqui Demonum Status
natum habet ordinem ad vitam aeternam.
Ergo medium gratiae lumen in ipsis rema
net.

Retinent tamen lumen natura
le, Non tamen, de eis loquens S. Bernar
dus Ep. cit. addit, vivacitate industria
naturalis destituti sunt. Ratio est, quia
peccatum nec destruxit, nec immutavit
essentialiter naturam Angelicam, sed
tantum accidentaliter. Atqui Spiritus,
qualis est natura Angelica, essentialiter
est intellectivus, et eo magis, quo est

perfectior. Ergo in Daemonibus, Iona na- 73.
turalia integra et splendidissima manent,
ait Autor de divinis nominibus, c. 4.

Nihilominus Demones, propter
inordinationem voluntatis circa ultimum
finem peccinè affecta, nunquam recta
intentione operantur, ac proinde judi-
cium eorum praeiudicium, quo judicant
ita sibi agendum, semper est falsum,
licet celebre illud effatum, omnis pec-
cans est ignorans, et errans, non minus in
illos cadit, quam in ceteros peccatores.

Proterea ubi veritas non apparet, non
semper suspendunt iudicium, sicut viri
justi ut plurimum, et semper Angelicea-
ti: Sed ex levibus conjecturis temere ju-
dicant, et ita falluntur et fallunt.

2^o. Tanta est in Daemonibus obs- 57.
tinatio voluntatis in malo, ut nunquam
bene operentur. Prob. 1^o ex Scriptura.

Psal. 6. Non est in morte, qui memor sit
tui. Joan. 9. Venit nox, quando ne-
mo potest operari, bonum scilicet.

Prob. 2^o. In S. Patribus. Sapiens
est Daemon, inquit S. Ignatius, ad Philipp.
ad malè faciendum, bonum autem quin
lit ignorat. In quo signè, inquit S.
Fulgentius, lib. de fide c. 3. omnes illi
pravaricatores Angeli nec malà unquã
possunt voluntate carere, nec poenã.

Prob. 3^o. Ratione. Eorum voluntas
est in malo obstinata, qui non possunt
à peccatò temperare. Atqui Demones non
possunt à peccatò temperare, cum eis
desit omnis gratia auxilium. Adven-
dum cum S. Thoma, eos in omnibus suis
actibus peccare lethaliter, eo quod in

8
34

ibidem de reprobis et predestinatis hoc dicitur 79.

Et ibunt hi in supplicium aeternum, isti autem in vitam aeternam. Hinc etiam fit, ut Marci 3. De iis qui blasphemaverint in Spiritum Sanctum hoc legantur: Qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habet remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni Delicti. Hinc quoque Paulus, 2. ad Thessal. i. v. 9. De impiis dicit: Qui penas dabunt in interitu aeternas a facie Domini.

Procluserat jam Isaias Propheta c. 33. dicens: Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? ... cum ardoribus sempiternis?

S. Petrus quoque Ep. 2. c. 2. v. 4. Deus Angelis peccantibus non peperit, sed videntibus inferni detrahitos in tartarum tradidit conuictos. Quam sententiam confirmat, atque Angelorum Apostatarum conuictus aeternos esse declarat S. Iudas in sua Epistola v. 6. his verbis, Angelos vero qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis aeternis sub caligine reseruantur.

Prob. 2. do ex traditione. S. Irenaeus, lib. 4. advers. haeres. c. 4. sic loquitur: Quibusumque dixerit Dominus, Discedite a me maledicti, ite in ignem aeternum, isti erunt semper damnati.

Tertullianus, lib. De carne Christi, c. 14. probat Demonum supplicia fore aeterna, quod Christus pro eis mortuus non sit: Nulium, ait, mandatum de salute Angelorum suscepit Christus a Patre. Quod Pater neque repro-mittit, neque mandavit, Christus admi-

unde puniretur admittit, inquit S. Aug. l. 21. de civ. c. 11. Et vero peccatum quavis in se et re ipsa sit temporaneum, tamen aeternum est ratione effectus peccantis, qui ita animo affectus videtur, ut peccatum cupiat esse perpetuum; ergo justum est, ut qui affectum habet, et voluntatem in aeternum peccandi, poenis etiam plectatur aeternis. Ita S. Gregorius, lib. 34. moral. c. 16. Aeterni ergo supplicii gravitas, ut ait S. Thomas 1. 2. q. 87. a. 3. ad 1. est proportionata peccato mortali, non quidem ratione durationis, sed ratione gravitatis illius, quatenus scilicet pro graviore peccato major infligi debet poena, minor pro leuiori.

2. 35

2. 36

Dominetur, non
quod ad demon
atum, sed pater
requiratur
num apostata
loria, quem pater
gi, qua ab
im excluduntur
ina est torqu
e est aeternum
momentum, qui
ant Theologi
testantur The
2. Basili
ritum. Augu
dus. Deum
poenas aliquan
e errorem
poribus am
obstantur
hi creatu
peccatum
ent, contra
sio ja
Angelorum
itura, Mal
in ignem a
trabole et
s, qui est
aeternus, ne
se supplicia
respectu bon
ape quom
et ratio, un

76. nistrare non potuit.

S. Cyrillus in calce libri ad Deme-
trianum aliam profert rationem, desump-
tam scilicet ex defectu satisfactionis et
poenitentia, sine quibus nec diabolus
nec homo inflicta sibi poena liberari
possunt: Quando, inquit, isthinc ex-
cessum fuerit, nullus jam poeniten-
tia locus, nullus satisfactionis effectus.

S. Ambrosius in Psal. 118. exhi-
bet confesorem in tormentis cogitan-
tem idum ignem perpetuum, idum sine
sine incendium.

S. Hieronymus in hac verba
Matth. Et ibunt hi in supplicium aeter-
num p. hac habet: Quidens lector ad-
verte, quod supplicia aeterna sunt, qd.

Consonant S. Augustinus, lib.
21. De Civ. et Gregorius Magnus, lib.
24. Moral. c. 18.

Prob. 3^{to} Ex Concilio V. ge-
nerali, quod in anathematismis Ori-
genis hac de re errorem damnat.

Prob. 4^{to} ratione. Quia Deus
eis denegavit tempus et gratiam ad poe-
nitentiam agendam. Sed si habuis-
sent tempus et gratiam, potuissent age-
re poenitentiam. Nam cum Angelus in
his, in quibus est liber, apprehendit ob-
jectum partim ut amabile, partim ut
non amabile sub diverso respectu, po-
test etiam idem objectum prosequi vel
aversari: et sic non ita immobiliter
adhaeret ei, quod semel elegit, ut elec-
tionem suam semel factam mutare non

possit, prout alibi jam à nobis dictum 77.
fuit. Ergo, p.

Alterà hinc adhuc difficultas expe- 61.
dienda est. Quamvis enim comors animarum
Christianorum, si quosdam Iementatos So-
cinianos excipias, Sententia sit, Demonum,
sicut reprobarum animarum humanarum,
Supplicia aeterna esse, tamen adhuc ques-
tio movetur, num Angeli apostata statim
post peccatum suum ad ima tartara præ-
cipitati fuerint, ibique damnationis suae
poenam, eam scilicet etiam, quae sensus est,
sustinere coeperint, atque etiamnum
modo et ante ultimi Iudicii diem pa-
tiantur. Certe non modo plures an-
tiqui Patres tum Graeci tum Latini aper-
te docuerunt, Demones non esse torquen-
dos poenâ gehenna ante diem Iudicii ex-
tremi; sed et ipsa Scriptura variis in lo-
cis id innuere videtur. Nostra ergo sit

Conclusio 2^a

62.

Damones statim post peccatum
suum in infernum detrahi sunt poenâ
sensus illius cruciandi atque aeternum
duraturâ.

Probi^o ex Scriptura, quae aper-
tis verbis id declarant. Sic S. Petrus 2. Ep.
c. 2. Deus, inquit, Angelis peccantibus non
reperit; sed videntibus inferni detrac-
tos in tartarum tradidit cruciandos in
judicium reservari. Ergo Demones in
inferno cruciantur, poenamque sensus
sustinentes reservantur in iudicium.

Consonat S. Iudas in Canonica sua
v. 6. Angelos vero, inquit, qui non ser-va-
verunt ~~propterea~~ suum principatum, sed
dereliquerunt suum domicilium, in-

2 36 4

78. judicium magni diei, vinculis aeternis sub
caligine reservavit. Ergo in inferno re-
servantur usque ad ultimum Judicii diem,
ubi utique poenam et cruciatum, qui vin-
culis aeternis et caligine significatur, sus-
tinent.

Huc etiam pertinet istud Isaie
14. Detratta est ad inferos Superbia tua,
et infra, Verumtamen ad inferos Detrahe-
ris usque ad profundum lacu; qua sub
figura Regis Babylonis de Diabolo dicta
u. * S. Athanasius, orat. esse volunt SS. Patres, et S. Scripturae Inter-
de Virginitate. pretes.

Hoc ipsum non obscure innuit
Concilium Florentinum his verbis: Ho-
rum anima, qui in actuali mortali pec-
cato, vel solo originali decedunt, mox
in infernum descendunt, poenis tamen
disparibus puniendae. Ubi quamvis
de Demonibus nihil definiant Patres,
tamen idem de ipsis ac de humanis ani-
mabus sentiendum esse, manifestum est.

Eandem veritatem adstruunt
SS. Patres. S. Ambrosius, in c. 8. S. Lucae,
ubi de legione demonum agitur. S.
Hieronymus, in Isai. 14. ad illud, In-
fernus subter te conturbatus est. S.
Augustinus, lib. 21. de Civ. c. 3. S. Gre-
gorius Nazianz. orat. in S. Cyprianum.
S. Chrysostomus, Hom. 24. in Matth. ad
illud c. 8. Venisti ante tempus torquere
nos. S. Cyrillus, lib. 6. cont. Julian.
ante medium, quem et S. Thomas citat
in catena ad Luc. 6. Et S. Gregorius,
lib. 4. Dialog. c. 28. Si esse, inquit, San-
torum animas in coelo lauri eloqui sa-
tisfactione credidisti, oportet, ut per

omnia esse credas, et iniquorum animas in 79.
inferno: quia ex retributione aeterna
justitia, ex qua justis jam gloriantur,
necesse est per omnia, ut et injusti
crucientur, p. Porro eadem annuo
est ratio de demonibus ac de reprobis
animabus.

Prob. Denique ratione Theologica.
10. Admodum verisimile est, Daemonum
supplicium ita se habere, sicuti glori-
am ac mercedem bonorum Angelorum.
Atque bonorum Angelorum beatitudo
non differtur usque ad ultimum, Judi-
cii diem, sed ea fruuntur in caelis, ex
quo fuerunt in gratia confirmati,
juxta illud Matth. 18. Angeli eorum in cae-
lis semper vident faciem Patris. Ergo
et Dæmones in infernum dejecti sunt
ac precipitati, ex quo à Deo aversi
peccaverunt.

20. Certum est, Dæmones in
inferno tortores esse animarum damna-
torum hominum, ibique eorum sup-
plicis esse profectos. Atque absurdum
esset dicere, Dæmones in inferno tor-
quere animas damnatorum, nec ta-
men ipsos ibi poenis sibi destinatis sub-
jici. Ergo poenam pro merito nunc
in inferis patiuntur, nec expectabunt
Judicii diem.

30. Anima damnata non
sunt peioris conditionis quam Dæmo-
nes. Atque anima damnata sta-
tim et sine intermissione poenam pec-
cato debitam in inferis patiuntur,

80. justa illud Job. 21. Truunt in bonis dies suos, et in punitione ad inferna descendunt.
Et Luc. 16. Mortuus est dives, et sepultus est in inferno. Ergo à fortiori Demones.

63. Solvuntur Objectiones.

Ob. 1^o ex Scripturis. Matth. 8. Demones dicunt Christo, Venisti ante tempus torquere nos. Matth. 25. in extremo Judicio dicitur malis: Ite in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo et Angelis ejus. 1. Cor. 6. sic loquitur Apostolus, Nescitis, quoniam Angelos judicabimus? Ex quibus locis apparet, 1^o Demones nondum torqueri. 2^o Nondum missos esse in ignem aeternum, seu in infernum. 3^o Denique, nondum esse judicatos sed in judicium reservari. Ergo, p.

Ante responsionem notandum, triplicem distinguendam esse Diaboli damnationem. 1^a est, quae damnatus est initio, quando propter Superbia peccatum dejectus est e caelo, et in aeternam miseriam precipitatus; de qua damnatione loquitur S. Petrus loco supra citato, Non reperit eis, p. 2^a quae per Christum suam, quam in homines habebat, potestate ceidit, adeo ut non amplius longè lateque dominetur ea libertate, eoque successu, quo ante Christi adventum dominari permixsus fuerat: de hac damnatione ait Christus Joan. 12. Nunc Princeps hujus mundi

37

3

4

3^a. Denique Diaboli 31.

reijcietur foras. Damnatio erit in extremo, universali et manifesto iudicio, in quo licet multa futura sit accessio ad poenam eius principalem, sicut nec animabus damnatis, maxima tamen fiet ad poenam eius secundariam, 1^o quia cum Demones sint superbissimi, maximam confusionis poenam patientur ex eo, quod tunc ipsorum malitia toti mundo manifesta sit futura, palamque omnes cogniti-
i sint, quam viles sint et contempti-
biles. 2^o quia iudicabuntur non tantum à Deo, sed etiam à sanctis homi-
nibus, quos extremo odio persecuti-
sunt, atque ab iisdem publico et irre-
tractabili iudicio condemnabuntur.
3^o auferetur ab eis omnis imposterum electis nocendi potestas; quod illi pro-
ingenti malitia et odio, quo bonos om-
nes prosequuntur, tanquam maxi-
mum tormentum reputabunt. Hoc
ita praesupposito.

Resp. Adducta Scripturae tes-
timonia, aliisque multa, in quibus
iudicii, seu damnationis Demonum,
ac supplicii eis irrogandi in fine sa-
culi, mentio fit; intelligenda esse
de damnatione, non quidem priui,
sed tertii generis duntaxat. Per
ea ergo testimonia non significatur,
quod Demones ante ultimi iudicii
diem principali poena non crucien-
tur, aut minus, quam postea; sed
quod suppliciorum suorum comple-

82. mentum ac plenitudinem ita accipient
aueffione poenarum accidentalium, quas
primum recensimus, ut verum sit dice
re, quod tunc in summam et extremam
miseriam projiciendi sunt, cui scilicet
nihil ultra sit aueffurum: atque ita
exponenda esse Scriptura testimonia,
quae nobis obijciuntur, manifestè patet
ex adductis à nobis SS: Petri et Iuda
tentibus.

64. Ob. 2. Plures antiqui Patres
asserunt, Demones non esse torquendos
poenâ gehenna ante diem Iudicii. Ita
S. Iustinus, Apolog. 1. et 2. Lapius repetit,
Demones igni sempiterno tradendos esse
nondum tamen traditos. S. Iustino
consentiunt S. Irenaeus, lib. 5. contra he
reses. Eusebius, lib. 5. Hist. c. 17. Ce
cumenius, in c. ult. 1. Petri. Epipha
nius, in heresi Sethianorum. Idem
etiam docent, SS: Ambrosius, in Com
ment. c. 8. S. Luca. Hieronymus, et
Chrysostomus, in c. 8. Matth. Augusti
nus, lib. 8. De Civ. Dei c. 23. Gregorius
lib. 4. Moral. c. 10. Bernardus Serm.
de S. Malachia, et alii plerique. Ergo

Resp. Deserendam esse hâc SS:
Iustini, Irenaei, Epiphani, nec non
Eusebii et Cecumenii opinionem.
Quod autem attinet alios SS: Patres mo
recensitos, non negant, Demones hoc
tempore torqueri tam poenâ damni,
quam poenâ sensus; sed hoc unum vo
lunt, scilicet post extremum Iudicium

38

4

cos plenius, quam ante, miseros fore, atque 83.
poenarum suarum complementum labi-
turos, aessione scilicet poenarum acci-
dentalium, de quibus primum diximus.

Ob. 3^{to} Primum Ecclesia tempo- 65.
ribus, antequam alicui conferretur Bap-
tismus, inter exorcizandum haec et hu-
juscumodi verba diabolo dicebantur: Nec
te lateat, imminere tibi poenas, tor-
menta, diem iudicii, diem sulphurii co-
terni, qui venturus est, velut elibanus
ardens, in quo tibi et universis Ange-
lis tuis aeternus veniet interitus: et ideo
pro tua nequitia damnate et damnan-
de da honorem Deo; appropinquabit
enim iudicium Dei. Ergo in

veteri Ecclesia persuasum erat, primum
post extremum iudicium in infernum esse
detrudendos et poenis aeternis coniciandos.
Resp. neg. cons. Per hoc enim
quod in adducto veteri Ecclesia ritu dia-
bolus dicatur damnatus et damnandus,
significatur, cum jam torqueri in in-
ferno, sed poenarum suarum com-
plementum in die iudicii accepturum,
quatenus scilicet tunc ipsius malitia
palam omnibus manifestabitur, at-
que auferetur ab eo omnis in posterum
electis nocendi potestas: quod quidem
poenarum complementum adeo timent,
ut in exorcismis ruda se magis tor-
queri videantur, quam commemora-
tione, et comminatione futuri iudi-
cii; unde exorcismi fere omnes his ver-
bis concludi solent, Per eum, qui ventu-
rus est iudicare vivos et mortuos et se-

84. caelum per ignem.

66.

Ob. 4^{to} Non omnes Demones sunt in inferno, sed multi adhuc in aere, ac supra terras vagantur, prout communiter tenent SS. Patres, teste S. Hieronymo in comment. ad Epist. S. Pauli ad Ephes. ubi explicans illa verba c. 7. Contra Spiritualia nequitiae in coelestibus, vocabulum caelestibus de aere interpretatur, atque subdit: Haec autem omnium Doctorum opinio est, quod aer iste, qui caelum et terram medius dividens, inane appellatur, plenus sit contrariis fortitudinibus. Ergo cum multi ex Dæmonibus nunc in inferno non sint, consequens est, non omnes igne inferni cruciari. ignis enim non urit, ubi non est; unde et Christum rogant, Luc. 8. ne in abyssum, id est, in infernum mittantur, metuebant scilicet poenam ignis infernalis.*

* vide infra num. seq. ubi varias Doctorum opiniones referemus, quibus explicare conantur, quomodo ignis corporis Dæmones extra infernum degentes torquere possit.

Resp. neg. cons. Equidem ea fuit plurimorum Patrum communis sententia, non omnes proorsus Demones statim post peccatum in inferorum claustris fuisse resecratos; sed eorum plerosque in tartarum fuisse deturbatos, reliquos vero in aere, vicinisque locis vagari, atque ultro citroque commeari. Ita docent S. Hieronymus, loc. cit. et Eusebius, lib. 7. Praeparat. Evang. At, quamvis id verum esse concederetur, non tamen exinde sequeretur, Demones, qui in aere versantur, non torqueri, nec damnationis hae poenam pati: ut enim recte notat Beida in c. 3. Epist. S. Jacobi, Quovunque Demones volitent, in ubique suam gehennam circumferunt. Equidem, quamvis pro certo tue

amur, Demones statim post peccatum in in-^{39.}
fernum detrusus fuisse, non tamen nega-
mus, quin inde aliqui identidem ad breve
tempus, alii ad longius exeant, sed ultra
S. Bonaventurae et aliis assentimur, qui do-
cent, nullos Demones nec perpetuo esse in
inferno, nec perpetuo in hoc aere degere,
sed quasi per vices mutare locum ex pras-
cripto Luciferi, Deo id ita permittente:
ipsum vero Luciferum in inferno detineri
usque ad tempus Antichristi.

At vero sicut Angeli sancti, eti-
am dum apud nos agunt, semper vident
faciem Patris, et facie ratione in coelis
esse a Christo dicuntur, Matth. 18. quomo-
do et Tobias 12. Raphael Angelus dicit,
se esse unum ex iis, qui semper ad-
stant ante Dominum; et Gabriel Luc.
1. profitetur se ad stare ante Deum; ita
quoque Demones etiam dum in hoc aere
versantur, poenas inferni sustinent: qua-
temus scilicet gehennam suam, ut mox
ex Beata vidimus, quocumque pergunt, y
secum portant*.

Unum adhuc hic examinandum 67.
videtur, an videlicet, et quomodo Da-
mones vero igne corporeo torqueantur?

Demones igne corporeo torqueri
negavit Philo, lib. de congressu euiditio-
nis, ubi definit ignem inferni nihil aliud
esse, quam vermem consuetis. Hanc
fuisse Origenis sententiam scribit S. Hie-
ronymus, Apolog. 2. contra Rufinum,
et Ep. 69. ad Avitum. Eandem quoque
sententiam Theophilastus amplectitur
in c. 9. Marci. Eam etiam multis Nova-

+ 5 39 7

6

* Glosa item in c. 3. Jacob.
Diabolus, ait, ubiunque
fit, secum est tormenta
harum flammarum.

86. toribus tribuit Jodocus Coccius, lib. i. The-
 lauri c. 7. Imo à Catholicis Catharinus, lib.
 de premio bonorum et supplicio malorum,
 contendit, Scripturam intelligendam esse
 de igne metaphoricò, sicut de verme, Mani
 9. et de aquis nivium, Job. 24. quæ prop-
 ter nativum frigus stridorem dentium
 exiunt, Matth. 8. Quia S. Ambrosius
 in c. 4. Luca, et S. Gregorius, lib. 15. Moral.
 c. 17. videntur asserere ignem tartareum
 esse incorporeum. Et S. Augustinus, lib.
 21. de Civ. c. 10. ait, flammam, quæ cru-
 ciabatur epulo, talem esse, qualesunt oculi,
 lingua, et digitus in anima sine corpore.
 Et lib. 20. c. 16. Cujusmodi, inquit, ille
 ignis sit, sive arbitror neminem.

Z * Sicut qui dicant,
 aquas nivium cum
 igne conservari: sed
 id nobis non proba-
 tur. nam quæ pro-
 feruntur ex c. 24.
 Job. intelligenda
 sunt de poenis præ-
 sentis vite, ut legen-
 ti patet. Stridor
 ergo ille dentium dan-
 natorum, de quo Matth.
 8. v. 12. nimiam co-
 rum tristitia aer-
 bitatem denotat,
 hæc frigus illud est,
 quod damnatos con-
 uat.

a * De hac voce vermis
 utrum proprie an
 metaphoricè sit ac-
 cipienda, opposita
 sunt apud Theolo-
 gos sententia.

Nihilominus communis est Ca-
 tholicorum sententia, quod Dæmones
 igne proprie dicto torqueantur. Quia
 10. Quoties in S. Scripturâ sermo est de
 poenis inferni, toties meminit ignis, raro
 vermium; ac proinde quamvis vox illa
vermis*, ad metaphoram trahatur, at-
 que consuetudine stridorem significet, ignis
 tamen non potest sumi nisi in propria
 significatione; namque Savi Scripto-
 res constanter ignem æternum dicunt
 esse justam peccatorum poenam: quod
 si metaphoricè vultu fruisent, saltem
 alibi debuissent in sensu proprio loqui,
 atque quid per ignem illum intelligerent
 explicare, metaphora enim apud unum
 eundemque auctorem continua non est,
 ne dicam apud diversos, qui, quemadmo-
 dum Savi Scriptores, variis temporibus
 scripserunt. Deut. 32. Ignis succensus est

in furore meo, et ardebit usque ad inferni 87.
novissima. Eclii, 7. Vindicta carnis im-
pii ignis et vermis. Et c. 21. Consumma-
tio illorum flamma ignis. Isaia 33. Quis
poterit habitare de vobis cum igne devoran-
te? ... cum ardoribus sempiternis? Matth.

3. Omnis... arbor, quae non facit fructum
bonum, excidetur, et in ignem mittetur.

Marci 9. v. 42. 43. 44. 45. et 46. Christus pec-
catore, mittendos esse in ignem inextinguibilem,
in gehennam, ubi ignis eorum non extingui-
tur, declarat. Apocalyp. 21. Infernus

describitur tanquam stagnum ignis: Dia-
bolus missus est in stagnum ignis et sulphu-
ris, ubi et bestia et pseudo propheta crucia-
buntur die ac nocte. Thessalon. 1. In

flamma ignis dantis vindictam. 2. Petri
3. Igni reservati in die iudicii et perdi-
tionis impiorum hominum. Ep. Iudae

v. 7. Ignis aeterni poenam sustinentes.
His omnibus praeponderat sententia su-
premi iudicii, Matth. 25. Discedite ma-
ledicti in ignem aeternum p. Quis enim
credet iudicem contra verum decernen-
tem metaphorice loqui?

Consonant S. Patres. Justinus
Apolog. 2. conceptis verbis aperit, ignem
aeternum peccatoribus esse paratum.

S. Hieronymus Ep. 59. arguit Origenem,
quod ignem tartareum ad metaphoram
transulerit. S. Ambrosius in Gal.

118. exhibet confessorum in tormentis cogi-
tantem illam ignem perpetuum, id est sine
sine incensum perfidorum. Incorpo-

rum quidem vocat in c. 14. Luc. Sicut et
S. Gregorius c. 17. lib. 15. Moral. Tum,

6-8
40

4 141

88. quia pabulo non indiget, tum quia non corpora, sed forte spirituali virtute torquet Spiritus, nam idem S. Gregorius lib. 4. Dial. c. 29. de igne tartareo, corporeum esse, ait, non ambigo. S. Augustinus, lib. 2. de Civ. c. 10. Adhaerebunt, inquit, Spiritus incorporei corporeis ignibus cruciandi.

Adstipulatur ratio. 1^o Corpora damnatorum punientur igne post resurrectionem, ut patet Matth. 25. Ite in ignem aeternum. Atqui corpora non possunt uri nisi igne corporeo. Ergo in inferno est ignis corporeus: porro ab eodem igne nunc torquentur Demones, à quo patientur homines post diem Iudicii; nam ibidem dicitur, qui paratus est Diabolo et Angelis ejus. Ergo ignis crucians Demones verus est et corporeus. 2^o

In Concilio Florentino Patres Latini se credere dicunt, in Purgatorio ignem esse, et quidem corporeum, quo anima levioribus peccatis obnoxia expiantur. Ergo si iuxta Latinorum Patrum confessionem, corporeus est ignis, in quo anima corporibus soluta levioribus peccatis obnoxia purgantur; à fortiori corporeus dicendus est ignis, in quo anima sola sine corporibus gravioribus peccatis onerata, ante Iudicium unacum Daemonibus cruciantur; ac multo magis ille, in quo post resurrectionem anima suis corporibus rursus unita cruciabitur.

3^o Sicut Deus, quamvis animam mundare possit à peccato, non adhibita re corporea, vult tamen eam mundare per elementum corporeum, non quodcumque, sed maxime mundativum, id est, per aquam. Ergo etiam, quamvis Spiritum et animam

proprie punire possit, non adhibito corpore. 29.
re elemento, vult tamen utramque per
elementum corporeum, tanquam instrumen-
tum suum miris et ineffabilibus modis pu-
niri, idque per illud elementum, quod
maxime et actiuum, et proxime maxime
afflictivum est, id est, per ignem. Ita
S. Thomas post S. Augustinum variis in locis,
praesertim lib. 21. de civ. c. 9. et 10.

Quomodo autem Dæmones igne
corporeo torqueantur, atque sic quod
corporeum est in spiritum agat non est
una Theologorum sententia, sed varia
sarii comminiscuntur, atque mirum in
modum laborant, dum, prout ait Petavius,
lib. 3. de Angelis, c. 5. quod investigari non
potest, inexhausta curiositate perquirunt.

Nos, prout in Treat. de Deo part. 1. c. 4. §. 4.
notavimus, in logica nostra part. 1. c. 4.
ostendimus, quâ ratione fieri possit, ut
anima à corporibus soluta et separata,
corporeo Burgatorii igne torqueantur,
quod à fortiori intelligendum volumus
de igne tartareo Dæmones et damnatas
animas humanas torquente.

Si præter ea, quæ ibidem hæc de
re adnotavimus, quis aliquid amplius à
nobis exigat, eidem cum S. Augustino* lib. 21. de civ. c. 10.
respondemus, quamvis miris, tamen
veris modis spiritus incorporeos posse
poenâ corporalis ignis affligi, hocque
veros modos adeo miros nobis videri, ut
præter eorundem admirationem, de his
quidquam aliud definire non valeamus.

Neque etiam minus mirum nobis
videtur, quomodo corporeus ille ignis
Dæmones in aëre volitantes, et extra in-

741

90. ferum existentes cruciat, id enim verè
 * Enimvero hi demones, fit quidem, sed mirò et ineffabili modo.*
 melioris utique combi- Dicunt aliqui, qualitatem doloriferam igne
 trionis laudant, quòd impressam à Deò in illis conservari. Alii ignem
 illi, qui in infernò Supernaturaliter agere in distans. Alii,
 degunt, et quos cor- Demones hum ignem deferre. Alii de-
 porcus ignis cruciat. nique cum S. Thomà, q. 64. a. 4. Demones
 torqueri eo ipso, quo cognoscunt, se Ianna-
 tos ad ignem tartareum, etiamsi actu ei
 non alligentur. Nos verò quomodo id
 fiat, nos ignorare fatemur, atque cum
 laudato S. Augustino dicitur, Deum ali-
quid posse, quod nos fateamur investiga-
re non posse.

9
 * Ep. i.

68. Denique locum quoque materiale
 puniendis reprobis esse destinatum, commu-
 nis est Catholicorum doctrina contra Calvinum,
 lib. 2. Instit. c. 16. Bucerum in c. 27. Matth.
 et Beza in c. 2. Act.

Namque i.º In Scripturis sub nomine
 inferni locus determinatus designatur. Sap.
 5. Talia dicunt in infernò, hi qui pecca-
verunt. Psal. 93. Nisi quia Dominus
adiuvit me, paulò minus habitasset in infer-
nò anima mea: ibi infernus distinguitur
à sepulchrò, in quo anima non jacet. Matth.
 ii. Et tu Capernaum ... usque ad infe-
ros Descendes. Luc. 16. Mortuus est dives
et sepultus est in infernò. Ubi vox inferni
 non generaliter, sed pro loco damnatorum
 sumitur: nam et à Simi Abrabæ distin-
 guitur, et inter utrumque locum magnum
 chaos interjectum esse dicitur, et per anto-
 nomasiam, locus tormentorum appell-
 latur. Apocal. 20. Draco mittitur
in abyssum, et ibi clauditur, ut non seducat
amplius gentes. Quod Interpretes commu-
 niter intelligunt de Luciferò, non sol-

* Figura, quòd nomen
 appellativum pro
 nomine proprio po-
 nitur.

vando usque ad tempora Antichristi. 91.

Consonant SS. Patres. S. Justinus
lib. De necessariis questionibus, q. 75. Impro-
borum anima, inquit, ad inferorum loca
deducuntur, statim ac a corporibus sol-

vuntur. S. Chrysostomus, Hom. 49. et 50.
ad populum, ex professione impugnatur eos,
qui locum gehennae negant, ut ejus poe-
nas non timeant. Et in illud Isa. 5. Dila-
tavit infernus animam suam. Textum hunc
de loco extrema ultionis exponit. Idem
docent SS. Cyrillus Alexandrinus, lib. 1. in
Isai. c. 5. Augustinus, lib. 1. Retract. c. 5.
Damascenus in historia Barlaam. et alii.

In Symbolo item Apostolorum
profitemur Christum triduo mortis descen-
dise ad inferos; in inferno secundum ani-
mam, inquit S. Augustinus, Ep. 57. in
sepulchro autem secundum carnem.

Concilium Senique Florentinum
Sess. ult. Definimus, inquit, idolorum ani-
mas, qui in actuali peccato mortali, vel
solo originali decedunt, mox in infernum
descendere, poenis tamen disparibus pu-
niendas.

Aecedit ratio, quia consentane-
um est, ut sicut boni in certo quodam
loco premium recipiunt; ita etiam qui-
dam sit locus determinatus puniendis
reprobis destinatus.

Igitur Infernus est locus qui-
dam determinatus, subterraneus, ut-
pote quem Scriptura specialiter vocat
abyssum Luc. 8. et Apocalyps. 20. unde
S. Augustinus, lib. 9. Retract. c. 24. De
inferis, inquit, magis mihi videor do-

B. W. 43

8422

92. esse debuisse, quod sub terris sint, quam rationem reddere, cur sub terris esse credantur, sive dicantur, quasi non ita sint.

Denique id ipsum indicare videtur ipsum inferni vocabulum, quod aperte locum infimum, significat occultum, et subterraneum significat.

Utrum autem infernus non solum sit subterraneus, sed etiam profundissima pars terrae, non ita aperte exprimit Scriptura: probabilior tamen et communior est sententia affirmans.

69.

I. Sextus. De variis Angelorum effectibus.

Varios subinde extraordinarios effectus ab Angelis produci experientia docet. 1^o enim nonnumquam in corporibus assumptis hominibus apparent; id autem prioribus mundi et Ecclesiae saeculis frequentius quam nunc, fieri consueverat.

2^o Angelis sanctis, Daniel. 10. et 11. tribuuntur regnorum eversio, et illorum ad alios populos translatio: tribuuntur etiam clades, quibus profligantur exercitus. vid. Aug. l. 4. de Civ. c. 17.

3^o Angeli sancti divinae misericordiae in homines pios, et justitiae in impios iudicia, in hac vita exequuntur, prout ait Augustinus in illa Gal. 77. verba, Inmissiones per Angelos malos.

Plures etiam sunt modi, quibus Angeli mali possunt extraordinarios effectus operari; applicando nempe, ut ajunt, activa passivis, possunt producere animalia, quae sine generatione, hinc sumpta ex aliis corporibus nasuntur.

ter, ut sunt rance, musca, muras, ver- 93.
mas. Vide Augustinum lib. 15. de Civ. c. 23.
necnon quart. 21. in eod.

Præterea vi potestatis, quam ha-
bent, movendi corpora, facile, si Deus per-
mittat, possunt nostris sensibus illude-
re; ita ut nostri sensus eodem modo affi-
ciantur, ac ab ipsis et exterioribus cor-
poribus afficerentur; unde possunt oculis
obicere lapides pro lupis, et vicissim lupos
pro lapidibus. Possunt quoque, Deo per-
mittente, ex ejusdem potestatis virtu-
te, cogere nubes, excitare fulmina, va-
riis motibus terram conutere, fructibus
nocere, morbis quibusdam in homines
lavire. Vide eundem Augustinum loci-
cit. Hinc colligitur, quam pie se ge-
rat Ecclesia, cum, adhibitis precibus,
aërem, flumina, terræ fructus bene-
dicat.

Nec tamen vera miracula patra- 70.
re possunt. Miraculum namque est
opus, quod excedit naturalem cuiusli-
bet creaturæ virtutem. Atqui opus
hujusmodi Dæmones efficere non pos-
sunt: neque enim Deus abiam eis tribuit
virtutem, quam qua data fuit, cum-
educti sunt ex nihilo; hæc autem natu-
ra duntaxat fuit. Ergo, p.

Præterea si Deus Dæmoni fa-
cultatem daret patrandi vera miracula,
esset in confirmationem vel erroris, vel
veritatis. Atqui neutrum dici po-
test. Non enim, cum enim Deus sit
ipsa veritas, non potest, sive per
se ipsum, sive per alium, quem-

94. *p*iam in errorem inducere. Non etiam
2. *D*um siquidem non convenit, ut Deus tri-
buit mendaciorum Patri virtutem su-
pernaturalem, quæ veritas apud homi-
nes confirmetur, præsertim cum in
Scripturis vetet hominibus, ne Diaboli
aut operibus aut consiliis assensum præ-
beant.

Denique si Deus Diabolo faul-
tatem faceret patrandi vera miracula,
nihil esset, quo certi esse possemus, De-
um, non autem creaturam aliquam
nobis loqui, ac proinde vaillaret fi-
des, cum fides nitatur testimonio Dei
loquentis. Sed absurdum est consequens.
Ergo, *p*.

3 B 11
23
71. Unde mira illa, quæ patrare
ope Daemonis visi sunt malefici Pharo-
nis Exod. 7. Dum per incantationes
verterunt virgas suas in dracones, et
aquam in sanguinem, atque ranas ex
fluvio eduxerunt. non fuere vera mi-
racula sed apparentia duntaxat; nam
illæ mutationes, juxta Josephum, lib. 2.
antiquit. Tertullianum, lib. De anima
c. 57. non fuerunt vere sed apparentes
duntaxat: scilicet malefici illi per
suas præstigiavitæ popularum oculis
ludificarunt, ut dracones, ranæ, san-
guis apparerent, quamvis à parte
rei et virgæ, et fluvii, et aquæ in sua
naturali substantiâ remansissent.

Et verò licet concedatur, muta-
tiones, de quibus agitur, fuisse veras
ac reales, non sequitur tamen malefi-
cos illos vera miracula patrasse: nem-

pe quamvis opera illa humanam virtutem ^{95.}
superaverint, non tamen fuerunt supra
naturales Daemonum vires: cum enim à
Deo sibiipsis permittuntur, possunt acti-
va passivis applicando corpora quaedam in
alia transmutare, præsertim in ea, qua
aut non vivunt, aut ex putri materia per
imperfectam tantum generationem, ut
mures, rana, &c. produuntur.*

Vel etiam dici potest, ex supposi-
to nempe, quod mutationes illæ reales
fuerint, veros Dracones aliunde adductos,
ope Daemonis virgarum loco fuisse substi-
tutos, et sic de aliis, fallendo oculos, ut ne-
mo prestigias illas animadverteret: Et
sic prestigias fuisse non in conversionis
termino, seu re conversâ, sed in conver-
tendi modo; unde et Hebræicè malefici
isti vocantur prestigiatores: Scriptura
tamen dicit eos fuisse similes, quia
modus agendi externus similis erat,
quemadmodum Angeli dicuntur come-
disse.

Quod autem narratur lib. i. Reg.
c. 28. de Pythoniâ, quæ per incantatio-
nes suas Samuelem suscitavit, eum
Sauli stetit, quorum et locutus est; Idcirco
apparenter duntaxat factum est, ut
ait S. Augustinus, lib. 2. ad Simplicia-
num q. 3. vel si realis ac vera fuit
suscitatio Samuelis, id operâ Dei fac-
tum est, non Daemonis. Nec obstat,
quod incantatio Pythoniâ illi mi-
raculo occasio fuerit, id enim occulto ju-
dicio Deus ita permittere potuit. Vide
S. Augustinum cit. lib. 2. ad Simplicia-
num, quest. 3.

f
* vide in Trait. nostro
De Eulera c. 2. §. 2.

Mira etiam illa, qua Diabolus circa mundi finem per Antichristum patrabit, non erunt vera miracula, sed mendacia prodigia, ut ait Apostolus 2. ad Thesalon. 2. nec naturales Diaboli vires excedent. Diabolus quippe si suis viribus à Deo permittatur, summâ in substantiâ corporeas virtute pollet, ita ut, nisi Deus impediret, planetarum ordinem invertere posset, aliâque peragere, quæ licet hominis potestatem superent, non excedunt tamen vim naturalem Demonis. Itaque Antichristus multa operaturus est, quæ pro miraculis habebuntur ab iis, qui aut non attendent ad demonis virtutem, aut potius qui à Deo spargente poenales cocitates super idicitas cupiditates deserentur. vide Augustinum lib. 20. de Civ. c. 29.

Denique translatio Sagarum ad conventus nocturnos, in quibus et ventri et libidini serviunt, non excedit vires naturales Diaboli, ut qui absolute loquendo, et cum à Deo permittitur, corpora, eorum præsertim, qui propter peccatum sunt illius juris, potest de loco in locum movere. Verum permulti negant, realem ac veram esse huiusmodi Sagarum translationem. Nam tribui potest imaginationi, à quâ mulieres, quæ dicuntur Sagar, ita decipiuntur, ut credant, licet falso, se translatas fuisse ad nocturnos conventus, in quibus ventrem et libidinem impleverint. Certe ex pluribus experimentis comperit, Sagar visas fuisse in carcere, in lecto,

3. 45

4 44 2

si similibus locis, quælibet, se non...
 imaginationis vis, quæ sub nomine...
 trahuntur, plura...
 aut, quod et ipse...
 que de sagis amittit...
 imaginationes...
 et fecisse et...
 quibus, h. alius...
 que fit, ut in i...
 tribuunt ad...
 crescat in le...
 m. e. contra in a...
 simile agitur, v...
 ut Sagarum m...
 donec opera...
 que quam reg...
 mula discerni po...
 Diaboli operibus...
 inibus sequunt...
 de civitate, n...
 ni servunt...
 inibus positi...
 quam maxima...
 tendunt ad serv...
 ne similia fac...
 tra vera mir...
 que sive (h...
 patravint, an...
 profuerunt...
 tum quod un...
 de modo videtur...
 inibus non app...

vel aliis Similibus locis, toto eo tempore, 97.
quo operabant, se nocturnis illis conven-
tibus interfuisse. Tanta quoque
est imaginationis vis, ut in iis locis, ubi
mulieres sub nomine Sagarum ad ju-
dices trahuntur, plures alia sibi per-
suadeant, quod et ipsa Saga sint: nem-
pe, quae de Sagis audiunt, ita movent
earum imaginationem, ut esto cre-
dant, se et fecisse et passasse illa om-
nia, de quibus his aliis intentatur.
Hincque fit, ut in iis provinciis, in
quibus tribunalia adversus Sagarum eri-
guntur, crescat in dies earum nume-
rus, cum è contra in aliis, in quibus
nihil simile agitur, vel exiguus, vel
nullus sit Sagarum numerus.

Porro opera pretium erit tra- 72.
dere huc quaedam regulas, quibus vera
miracula discerni possint à quibus-
dam Diaboli operibus, quae miraculum
hominibus sapiunt. 1^o falsa mi-
racula curiositati, non autem aedifi-
cationi serviant. 2^o Tantum abest
ut hominibus prosint, quin potius no-
ceant quam maxime. 3^o Plerum-
que tendunt ad sacrilegia, lasciviam,
aliaque similia facinorosa et flagitia.
È contra vera miracula, ut patet
in iis, quae sive Christus, sive Apos-
toli patrarunt, animabus corporibus-
que profuerunt. 4^o Cum ob-
jectum quod uni et alteri hoc vel
illo modo videtur, eadem ratione
omnibus non apparet, signum est,

98. quod illusio sit in sensibus, nihilque reale sit in objecto. 5^o Faciter est illusio cum objecto, quod reale deprehenditur, se est aliqua ex proprietatibus, quae naturaliter ipsi convenire debent, ut si corpus quod appareret non esset palpabile. 6^o cum fundamentum est iudicandi, rem, quae de novo prodita videtur, aliunde, per celeritatem nimirum Daemonum, allatam fuisse, ut observavimus supra de Draconibus, in quos virga Maleficorum Pharaonis mutata videbatur. 7^o

Cum iudicari potest, ope Daemonum auferri objectum, et eidem aliud substitui. 8^o Miraculum est duntaxat apprens, non verum, quando alio prestantiore miraculo superatur: Sic Aegyptii colligere poterant, miracula, quae coram Pharaone ab eorum maleficiis patrabantur, fictitia tantum fuisse, cum serpens, in quem mutata fuit Aaronis virga, maleficorum serpentes voravit, p. vide Tract. De Ecclesia cit. loc. in Resp. ad ob. 3^{iam}

73.

§ Septimus De Variis Angelorum Ordini- bus.

Magnum esse Angelorum numerum fatentur omnes, et testatur Scriptura. Legitur enim Danielis 7. Millia milium ministra-
bant ei, et decies milies centena
millia assistebant ei. Apoc. c. 5. Et erat numerus eorum milia milium

Damus hic contra Erasmus, 99.

4. 46

Bezam, et alios negantes Apostolice verba, in quibus varia tribuit Angelis nomina, esse intelligenda de certis eorum ordinibus, nobis de his agendum.

Novem igitur distinguuntur Angelorum ordines Catholici omnes tunc in Scripturae fulti auctoritate præsertim, in qua tot enumerati leguntur. Seraphinos commemorat Isaias, c. 6. Seraphim stabant Senala uni, et Senala alteri. Cherubimos, Ezechiel c. 10. Cherubim autem stabant à dextris Domini.

3 51
45

Thronos, Dominationes, Potestates, Principatus, Virtutes, Archangelos, et denique Angelos, recenset Apostolus, i. Thesal. 4. Rom. 8. et Coloss. i. Coloss. i. Sive Throni, Sive Dominationes, Sive Principatus, Sive Potestates. Rom. 8. Certus sum quia... neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes. Et denique i. Thesal. 4. Quoniam ipse Dominus in iussu, et in voce Archangeli, p.

Patres etiam, ubi de diti opera catalogum tenere ordinum Angelorum, nec plures nec pauciores quam novem recensere. Ita S. Ignatius, Ep. ad Tralianos. S. Irenæus, lib. 2. c. 54. Auctor librorum De celesti hierarchia c. 6. His et aliis Græcis Patribus adherent Latini. Pro omnibus sit S. Gregorius Magnus, qui hom. 34. sic loquitur: Novem Angelorum ordines diximus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio,

100. Scimus Angelos, Archangelos, Virtutes, Po-
testates, Principatus, Dominationes, Tho-
nos, Cherubim, atque Seraphim.

Equidem S. Ambrosius, lib. i. De fide, c. i. Cyrillus Hierosolymitanus, catecheseo 6. Et S. Hieronymus, lib. 2. cont. Iovinian. quatuor tantum recensent Angelorum Ordines, quia brevis citatis Scopus illorum ulteriorem et ampliorum horum Ordinum enumerationem non exigebat, ceteros tamen non excludunt; et ceteri S. Hieronymus, lib. 2. Apologia contra Rufinum novem Angelorum Ordines recenset.

Cum vero Leo X. De consecrat. Dist. i. cap. Hi duo. dicit Decimum Angelorum ordinem per Superbiam corripse id duntaxat significare voluit, tantum entitisse lapsorum Angelorum numerum, ut potuisset Decimum constituere ordinem, qui Decimus ordo dicitur ex hominibus reparari.

74. Hi novem Angelorum Ordines in tres hierarchias Distribuantur à S. Patribus post autorem de celesti hierarchia. In primâ et Superiore sunt Seraphim, Cherubim et Throni; in Secundâ, Dominationes, Principatus, et Potestates; in tertiâ, Virtutes, Archangeli et Angeli.

Hierarchia autem nomine generatim intelligitur Sacrorum prefectura seu potestas: hinc hierarchia celestis certus est Angelorum numerus, qui sibi invicem, ac uni tanquam Principi in ordine ad celestes actiones subordinantur. Is autem, qui Princeps cen-

Letur omnium Angelorum, eorumque ^{101.}
Supremus hierarcha, est S. Michael: hic
in Scripturis dicitur Princeps Populi Israe-
litici, custos Ecclesiae, victor diaboli, &
hincque sub titulo Principis omnium
Angelorum veneratur Sancta et pia Ma-
ter Ecclesiae.

Ceterum variae sunt Ordinum An- 75.
gelorum proprietates, quae varietas peti-
tur tum ex diversis perfectionibus intrin-
secis, quas enumerat S. Bernardus; tum
ex variis ministeriis et functionibus, ut
censet S. Gregorius. Hinc Seraphim
Deo maxime conjuncti summam charita-
te ardent, quam in alios transfundunt;
Cherubim miramur scientiam, quam
et ceteros illuminant; Throni speciales
sunt Dei ipsis inhabitantis Sedes, hinc pax
et securitas, quam feruntur, et quam alii
communicant; Dominations miramur in
res creatas potentiam praeminent, atque
ad eos valent Principes inferiorum Ange-
lorum ministeria referuntur; Potes-
tates peculiari gaudent auctoritate in
Daemones, eorumque malitiam ad Dei
natum aut cohibent, aut diffundi permit-
tunt; Principatus Omnipotentis majes-
tatem ac dignitatem referunt, atque in
divinorum mandatorum executione vir-
tutibus principantur; Virgines in recipi-
endis Dei illuminationibus maxime sunt
constantes, atque per eos miracula pa-
trantur; Archangeli sublimium Dei ar-
canorum praeceteris consilii sunt, eorumque
nuntii; Angeli vero minima nuntiant.
Atque haec de Angelis dicta sufficiant.

S. 47

445

Caput secundum.
De aspectabilis Mundi hu-
jus productione.

Expensis vis, quae praecipuas et in-
visibiles necnon caelestes Dei creaturas,
Angelos, nempe spectant, tractationis
ordo postulat, ut modo velut tandem
è coelo delapsi, mundum hunc aspecta-
bilem contempleremur; ubi tamen, omis-
sis vis, quae circa illa, quae eo continentur,
jam in Philosophia nostra expendimus,
ut quae ~~Philosophos~~ Philosophos sun-
tantat spectent, pauca solummodo de
illius productione disseremus.

Inobis igitur paragraphis nego-
tium hoc absolvenimus, in quorum 1^o tenebi-
mur Mundum non esse ab aeterno sed in
tempore à Deo creatum fuisse; in 2^{do}
Inonam ordine cuncta visibilia creata
fuerint exponemus.

S. Brinnus.

77. Utrum Mundus sit ab aeterno?

Mundum, part. 2. Physices nostrae
c. i. Definivimus, compagem è coelo, ter-
rà atque vis naturis, quae intra ea conti-
nentur coagmentatam.

A Deo creatum fuisse ibidem tan-
quam fide certum asseruimus, atque
in tempore ab ipso conditum fuisse in Me-
taphysicâ nostrâ probavimus, part. 2. c. i.
S. 2. argumento morali 2^{do} quod vide.

Id Scriptura aperte declarat.
Prov. 8. Sapientia de se ipsa loquitur,
Domini possedit me in initio viarum.
harum, antequam quidquam faceret
à principio: Ergo fuit, cum Deus non-
dum quidquam fecerat. Genes. i.
In principio creavit Deus caelum et ter-

ram. Quamvis enim plures ex SS. Patri-
bus nomine principii intelligant Verbum
Divinum, in quo condita sunt omnia; alii
tamen sic interpretantur, ut coelum et terra
sint principium eorum omnium, quae à Deo
creata sunt: principium autem creatum
in eorum sententia non potest esse aeter-
num, unde communiter ex hoc loeis colli-
gunt mundum non esse aeternum, sed
creatum in principio temporis; seu pri-
mo temporis momento.

A creatione autem mundi usque
ad Christi nativitatem communiter
numervantur quatuor millia annorum,
quamvis nonnulli contendunt, intra
tempus illud non nisi 3983. aut cir-
citer efluxisse annos. Qui annorum
numerus ex diversis mundi aetatibus,
in quas Scriptores Ecclesiastici mundi
durationem distribuerunt, colligitur.

Mundi autem aetates vulgo Sep-
tem numerantur, quas part. 2. Sect. 1.
Tract. de S. Script. Statutis loeis ordine recen-
suimus. Prima igitur coepit à crea-
tione mundi atque ad Diluvium usque,
1656. annis videlicet, duravit. Se-
cunda à Diluvio, et protensa est usque
ad Abrahamum, quando nempe à Deo
vocatus fuit, annis 426. Tertia
à vocatione Abrahami usque ad mor-
tem Josephi, quae contigit. an. M. 2369.
annis 288. Quarta, à morte Jose-
phi in Aegypto, usque ad Templum
conditum anno quarto regni Salo-
monis, annis 623.* Quinta

* alii 9004. alii 5568.
alii denique 6000.
annos efluxisse volunt.
Qua de re consulendus
est Index Chronogra-
phicus ad calcem Bi-
bliorum nostrorum
Eltorianorum an. 1751.
citatorum positus.
N. Index iste ex vitio
librae typis vulgatus
non est. Unde illum forte
ad calcem tractatus de
S. Scriptura huc Tom. 1.
Subjicietur.

* Plerique tamen
contendunt,

648

47

104
quartam mundi ¹⁰⁴ a factis Templi fundamentis usque ad finem
tem primum inhe- captivitatis Babylonica, annis 477. Sex-
antiam esse ab eai- ta à soluta captivitate Babylonicâ us-
tu. Israëlitarum que ad nativitatē Christi, annis 531.
ex Agypto, nempe Septima denique a Christi nativitate
annō mundi 2513. protenditur usque ad Secundam idius
sicque tertia aetas Adventam. vide Tractat. nostrum
cōt. 4. 10. annorum de S. Scripturâ loc. cit.

Quarta verò 509.
annorum tantum.

79.

S. Secundus.

Quonam ordine unita visi-
bilia condita sint.

Moyses toto primō Genes. Capite
historicam huius aspectabilis mundi
productionem describit; quam non di-
vinā tantum revelatione, sed etiam
humanā, scilicet Majorum suorum
traditione didicerat, prout memora-
tō Tractat. nostrō de S. Scripturâ loc. cit.
ostendimus; cuius proinde methodum
hūc sequemur.

igitur primā Die Deus ex nihilo
coelum et terram creavit, deinde pro-
duxit lucem, seu corpus lucidum, quo
Dies à nocte secreta fuit.

Secundā die factum est Fir-
mamentum dividens aquas ab aquis.
Quid autem Firmamenti nomine intel-
ligi debeat, non una est Theologorum
sententia. S. Hieronymus Ep. 83. ad
Oceanum, S. Augustinus, et Beda in
genes. intelligunt corpus diaphanum
quod à terra ad empyreum protendi-
tur et extenditur; hebraicè enim Fir-
mamentum est extensio, cuius inferior
pars communiter vocatur aër, nonnumquam
quam etiam coelum, ut Psal. 8. Volu-

caelesti. Dividit autem aquas ab aquis, ^{105.}
nempe nubes, que supra infimam aeris
partem volitant, ab aquis, que in mari
et fluminibus concluduntur. Deni-
que celum sic acceptum dicitur Firma-
mentum, non quod sit corpus solidum,
sed quod sit firmissime suspensum
et extensum.

Tertia die, aqua, que, ut pote-
minus gravitans, operiebat universam
terre superficiem, congregata est in
alveos et cavitates profundissimas sic
à Deo preparatas, ut inde montes ex-
crevisse credendum sit; et terra, ju-
bente Deo, statim efficata protulit
herbas, plantas, et arbores; simulque
Paradisus terrestris, hoc est, hortus
amoenissimus consitus fuit.

Quarta die condita sunt Syde-
ra, scilicet Sol, Luna, et Stella,
inter que Sol et Stella hujusmodi quidem
sunt, Luna vero opaca dicitur à ma-
tematicis, atque suum lumen à
Sole mutuari.

Quinta die, Deus ex aquis
piscis et aves eduxit.

6
Sexta die, Deus produxit pri-
mum animalia terrestria, quadrupe-
dia, et reptilia, ac demum ad com-
modam hominis habitationem omnibus
dispositis, formavit hominem mas-
culum et foeminam, nempe Adamum
et Evam, quam ex Adam dormientis
latere extracta costa condidit.

48

106 cum jam in paradiso voluptatis, quod
Deus etiam creaverat, constitutus
esset Adam, illi que translatus. Sicque
omni opere perfecto, dicitur Deus die
septimam requiescere, non quidem de
fatigatione, sed cessatione a novis
operibus.

80. Mirum videri posset, cur
Eva educta fuerit, ex latere Adami
cum foemina in aliis animalium. Spe-
ciebus non fuerint hoc modo produ-
cta.

Respondet S. Thomas q. 92. a. 2.
Id fuisse convenientissimum, 1.º ut
quædam dignitas primo homini ser-
varetur, nimirum ut esset princi-
pium totius sui generis, quemadmo-
dum Deus est principium totius uni-
versi. 2.º ut vir magis diligeret
uxorem, ut quæ sit corporis sui por-
tio, quod significatur his verbis,
propterea relinquet homo patrem
et matrem, et adhaerebit uxori suæ
et erunt duo in carne unâ. Nemo
autem carnem suam etiam infirmam
odio habet. 3.º ut appareat, qua-
lis debeat esse societas inter virum
et uxorem: ut monetur uxor, se in
virum dominari non debere, dum
meminit se non ex ejus capite esse
eductam: vir vero dicat, uxorem
non habendam ut ancillam sed ut
sociam, ut quæ non sit ex ejus pe-
dibus, sed ex latere, et quasi ex
corde extracta. 4.º ut adum-

braretur Sacramentum Ecclesiae, quae¹⁰⁷
de latere secundi Adam in cruce dor-
mientis formata est. Dormit Adam,
ut fiat Eva; moritur Christus, ut fiat
Ecclesia: Dormiente Adam fit Eva
de latere: mortuo Christo, lancea per-
foratur latus, ut Superfluant Sawa-
menta, quibus formetur Ecclesia.
Lib. De vera innoc. c. 328. apud S. Au-
gustinum.

Inter alia plantaverat Deus 81.
in medio paradisi lignum, lignum,
ab eventu, Scientiae boni et mali di-
ctum; quia scilicet illius esu à Deo
ipsis vetito experti sunt primi pa-
rentes nostri, vera esse, quae Deus
minatus fuerat, et falsa, quae Ser-
pens promiserat, absit enim, ut
credatur, rem materiale habuisse
vim pariendi omnimodam scienti-
am, haec dignoscientia non est beati
hominis sapientia, sed miseria ex-
perientia, unde lignum nomen ac-
cepit, inquit S. Augustinus, lib. 1. con-
tra adversarium Legis. c. 26.

Igitur postquam de huius ve-
titi ligni fructu comederunt proto-
parentes nostri, tum aperiti sunt
oculi amborum, ait textus, gen. 3.
v. 7. eo nempe sensu, quo solemus
dicere de eo, qui sapientior experi-
mento miseria factus est quam ob
contempta salutaria monita in-
currit, factus est, tandem aperit

108. oculos, hoc est, advertit, quae prius vi-
dere detrahebat.

82. Quo autem loco situs erat Pa-
radisus, omnino est incertum, origo
namque quatuor fluviorum, quos
Moyses dicit à Paradiso scaturire, non
in uno terrarum loco reperitur, De hoc
occultante primam eorum scaturigi-
nem per subterraneos cuniculos con-
gissimos, ne locus Paradisi hac viâ
mortalibus innotescat.

Num verò adhuc extet Para-
disus ille voluptatis aequè incertum
est. Quidam Theologi affirmant,
contenduntque Hennochet Eliam
in eo conservari usque ad secundum
Christi adventum: alii negant aspe-
rentes illum aquis diluvii submer-
sum. Quis autem illam controversi-
am dirimet, cum nec Scriptura, nec
traditio hucem probeant?

Quod si non amplius extat,
tunc utique etiam ab eo inde recepit
Cherubim ille à Deo ante illum
collocatus cum flammeo et versati-
li gladio ad illius viam custodiendam.
genes. 3. v. 24. vidiculum est,
quod aliqui dicant gladium illum
esse zonam torridam; quasi verò cir-
culus ille, quem mathematici circum
obem nostrum imaginatione Junta-
xat fingunt, quid reale foret? Alii
dicunt esse flammam in figuram
gladii conformatam; alii ipsam vir-
tutem Angelicam, quâ arcentur
etiam Demones ab ingressu Paradi-

8. 50

49

si temeris, ne spe immortalis vite pro-
curanda per lignum vite recordes homi-
nes in sui obsequium, et idololatriam
pertrahant. Verum hæc omnia viden-
tur nenas revolere. Id duntaxat
nobis satagendum, ne in hac terra vo-
luptatis Paradisum queramus, sed uni-
ce ad celestem aspiremus.

Caput Tertium.

109
83.

De Creatione primi ho-
minis.

Tria nobis hoc capite veniunt
expendenda, 1^o ea, que ad hominis
creationem pertinent. 2^o gratia
primi hominis, et 3^o denique yfius
lappus et peccatum.

S. Primum.

De iis, que ad hominis
creationem pertinent.

84.

Nonnulli Novatores suspitionem
injicere conantur ante Adamum alios
extitisse homines ex eo, quod Aros-
tolus Rom. 8. dicit: regnavit mors
ab Adam usque ad Moysen, etiam
in eos, qui non peccaverunt in simi-
litudinem pravaricationis Adæ. Un-
de arguunt, quod cum omnes Adæ
posteris in similitudinem pravarica-
tionis illius, id est, eodem, quo ille, & peccaverint,
peccato fuerint inretiti, fuisse alios
homines, qui ab Adam non descende-
runt, utpote peccato illius haud obno-
xii. At contra vanam et absonam
hanc opinionem, qua patronis sui Bra-
adamitarum nomen aserivit, constans

Vult itaque Apostolus ante legem Scriptam ^{iii.}
etiam eos, qui non peccaverunt actualiter et
propria voluntate, ut infantes, morti fuisse
obnoxios, ac proinde peccato originali fuisse
infectos. Adam ergo morti factus est ob-
noxius ~~propter~~ propter peccatum actuale et
propria voluntate commissum, posteri
vero ejus propter originale à primo pa-
rente suo Adam in ipsos transductum.

Igitur Adam est omnium homi- 35.
num protoparens, qui non divina dur-
tanat vocis, ut alia creatura, imperio, sed
manu divina contrectante conditus est,
ut nempe illius commendaretur dignitas.

Ad eam magna res agebatur, inquit Testul-
ianus, lib. de resurrect. carnis, c. 6. quia
ista materia extrueretur. Itaque toties
honoratur, quoties manus Dei patitur
dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur,
dum effingitur. Recogita totum
illi Deum occupatum, ac deditum, manu,
sensu, opere, consilio, sapientia, provi-
dentiâ, et ipsâ imprimis affectione, quae
lineamenta ductabat. Quodcumque
enim limus exprimebatur, Christus
cogitabatur homo futurus. Et
S. Ambrosius exponens verba Psalmi
118. Manus tuae fecerunt me, ait, Bes-
tias non fecerunt manus tuae, sed di-
xisti, Producat terra ip.

Atque inspiravit in faciem
ejus spiraculum vitae, genes. 2. id est,
animam rationalem seu mentem;
quo significatur, eam non esse è ma-
teria eductam, cum sit spiritalis, sed
à Deo inspiratam, non quidem tan-

112 quam substantia divina partem, ut
somniabant Manichaei, sed ex nihilo crea-
tam.

86. Equidem animam rationalem seu
mentem humanam re vera spirituales et
incorpoream esse, praeter Ethnicos quos-
dam Philosophos*, quos hic praeterimus, ne-
gavit Tertullianus, lib. De anima c. 6. et seq.
At vero apud Catholicos, imo Christia-
nos omnes certum est, animam seu men-
tem humanam esse spirituales et incor-
poream.

* Stoici praesertim
apud Iusebium
lib. 18. praeparat.
Evang. c. 10. men-
tem humanam
corpoream dixerunt.

Idque manifeste declarant
Scripturae, Eclis 12. v. 7. Antequam... rever-
tatur pulvis, id est corpus, in terram suam,
et Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.
1. Cor. 2. v. 11. Quis... hominum scit, quae
sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui
in ipso est? Ita et quae Dei sunt, nemo
cognovit, nisi Spiritus Dei. Spiritus in
his Apostoli verbis debet sumi univoce,
et sub eadem significatione. Atqui cum
de Deo praedicatur, non sumitur pro fla-
tu aut vento, sed pro substantia sim-
plici et incorporea. Ergo et cum de ho-
mine dicitur.

Sancti Patres proinde toti sunt,
ut probent contra Paganos, Epicureos, et
impios, animam seu mentem hominis
verum et proprie dictum esse spiritum.
Sufficiant S. Basilii, qui hom. in illud,
Attende tibi, sic loquitur, Contempla-
tione tua tibi inexistens anima incor-
porea, tibi cogita Deum esse incorpore-
um. Et S. Augustinus in Gal. 145.
ubi, natura anima, inquit, praestantior
est, quam natura corporis: excedit mul-
tum, res spiritualis est, res incorporea
est, vicina est substantia Dei. Et

2. 52

...igitur...
...corpoream esse...
...mentem...
...spirituales...
...incorpoream...
...deum...
...anima...
...natura...
...corporeis...
...substantia...
...Dei...
...S. Justini...

heres. 80. arguit Tertulianum, quod ani-^{113.}
mam corpoream asseruerit. Et lib. contra
Epist. fundam. illius spiritualitatem ratione
probat. ac Ep. antihieronymum et Eudinum,
Nullo modo arbitror, ait, animam de cor-
pore exire cum corpore.

Denique Concilium Lateranense
IV. C. firmiter, sicut: Ab initio tempo-
ris utramque de nihilo / Deus / condidit
creaturam, spiritalem et corporalem,
angelicam videlicet et mundanam; de-
inde humanam ex spiritu et corpore cons-
tantem. In quibus posterioribus verbis
Concilium vocat animam spiritum, et
quidem proprie dictam, cum a corpore
illam distinguat.

Hanc quoque sententiam in Me-
taphysica nostra, part. 2. c. 3. §. 1. mul-
tis argumentis à ratione petitis fulci-
vimus, quae vide.

Unde etiam sequitur eam esse 87.
immortalem, cum enim sit spiritualis,
spiritus autem, ut pote substantia sim-
plex, nudum habet in se principium des-
tructionis et corruptionis; quodnam enim
illud esset?

Scriptura hanc veritatem tam
dilucide, tamque constanter astruit,
ut Tertulianus ipse, qui supra nega-
bat, animam esse incorpoream, lib.
De anima c. 22. et 38. asserat, eam esse
immortalem etiam naturaliter. Enim-
vero Scriptura eo ipso predicant ani-
mam rationalem esse immortalem, quo
iustis promittunt vitam aeternam, malis
vero promittunt poenam aeternam.
ut Sap. 5. Iusti... in perpetuum vi-

114. vent. Matth. 25. v. 46. Habunt hi in Suppli-
cium aeternum; justi autem in vitam a-
ternam. 2. Cor. 5. v. 1. Sicimus... quod
adificationem ex Deo habemus, Iohannem
non manufactam, aeternam in coelis. Hanc
fidem Christiani ab initio professi sunt
in Symbolo Apostolorum.

Vide etiam argumenta nostra,
quae pro anima rationalis seu mentis hu-
manae immortalitate in Metaphysica nos-
tra loc. cit. §. 2. attulimus.

88. Porro animam rationalem seu
mentem humanam esse veram corporis
humani formam, hominemque Subs-
tantialiter et essentialiter constituere
vel ex data à nobis in Metaphysica nostra
loc. cit. §. 1. illius Definitione patet; ubi
eam definivimus, quod sit Substantia
quaedam Spiritalis et cogitans ad imagi-
nem et similitudinem Dei creata, et cor-
porei destinata, illique regendo accom-
data, atque Substantialiter unita.

Enimvero genes. 1. dicitur, Creavit
Deus hominem ad imaginem suam. et
1. 2. formavit igitur... Deus hominem
de limo terrae, et inspiravit in faciem eius
spiritum vitae, et factus est homo in-
animam viventem. Ex quibus locis
habetur, quod homo per animam ratio-
nalem factus sit vivens, ad imaginem
Dei, et eadem intelligentia ac præcepti
capax, et consequenter meriti et demeriti.
Ergo homo essentialiter constat ex corpo-
re et anima rationali Substantialiter
unitis.

Consequentia probatur. Denomi-
nationes illae, scilicet vivens, rationalis
seu intelligens, similis Deo, bonus, beatus

non competunt corpori vel animae scilicet 115.

Similiter sumptis, sed homini, qui ex utroque resultat; nam post utriusque separationem. nec corpus est vivens rationale, nec anima est homo, ut qui per mortem esse definit. Atque ejusmodi denominationes non possunt competere homini, si anima rationalis non sit substantialiter unita corpori, ut ex illa unione exurgat unum totum substantiale nempe homo, sed ei adfit duntaxat, ut gubernator navi quam regit.

Hinc Theologi contra Nestorium efficaciter evinunt, Verbum non esse accidentaliter, seu moraliter duntaxat, sed substantialiter unitum naturae humanae; quia sine unione substantiali de Christo dici non posset, Deus est homo, Deus est natus, mortuus, nec vicissim homo est Deus, homo est omnipotens, &c. Quemadmodum de Justo, cui Deus moraliter unitur, falso diceretur homo justus est Deus, omnipotens, &c. Ergo revera homo est aliquod totum substantiale constans ex corpore et anima rationali substantialiter unitis.

Unde merito Concilium Viennense Clementinam unicam de Summa Trinitate illorum opinionem, qui asserere ausi sunt, Animam rationalem esse formam corporis humani assistentem duntaxat, non essentialem, perstringit his verbis: Doctrinam seu positionem temere asserentem, aut revertentem in dubium, quod Substantia anima rationalis, seu intellectiva vere ac per se humani corporis non sit forma; ut erroneam et verita-

53

3

2 4
92

118 ti catholica inimicam, praedictis approbante
Concilio, reprobamus... Siquis deinceps afe-
rere, defendere, aut tenere pertinaciter
praesumpserit... tanquam haereticus sit cen-
sendus.

89. Ad imaginem quoque Dei crea-
tus est homo, non quidem secundum
corpus; quia res corpora non possunt
esse expresse similitudines entis spi-
ritalis et incorporei qualis est Deus,
sed secundum animam seu mentem,
in qua proinde quaerenda est imago Dei
Imago Dei, inquit S. Augustinus, Serm.
2. in Psal. 48. est intus, non in corpore,
sed ubi est intellectus, ubi mens, ubi ratio
investiganda veritatis.

Duplex autem est imago Dei in
mente hominis, una naturalis et essen-
tialis, supernaturalis alia et accidenta-
lis. Homo igitur secundum animam
est naturaliter imago Dei, quatenus sub
illo respectu est substantia spiritalis, im-
mortalis, intellectu et voluntate praedita,
quibus pro modulo imitatur suum exem-
plar, nempe per intellectum efformat
verbum, in quo ipsi representantur om-
nia, quae sub eius notitiam cadunt, cor-
poralia et spiritalia, invisibilia quo-
que Dei; et per voluntatem producit
eorum omnium amorem, quae intelli-
tus amanda proponit. Praeterea homo
per animam rationalem est liberi ar-
bitrii et suorum actuum dominus,
praest quae cunctis animantibus super
terram.

117
Haec naturalis imago foedari po-
test 1^o per actus difformes naturae rationa-
lis, et eadem homo recedit à suo exempla-
ri; sed corrumpi omnino non potest, si-
cut nec ipsa natura humana. 2^o Com-
munis est utrique Sexui, specialiter ta-
men rehuet in masculo, quatenus natu-
raliter est caput mulieris, et prima eius
origo, iuxta illud Apostoli, 1. Cor. 11. v. 7.
Vir... imago et gloria Dei, mulier autem
gloria viri est.

Supernaturalis autem et accidenta-
lis consistit in donis supernaturalibus,
ac praesertim in gratia sanctificante, per
quam justi fiunt divinae naturae con-
sortes, 2. Petri c. 1. Filii Dei adoptivi,
et conformes imagini Filii eius. Haec
imago non custoditur, inquit S. Augus-
tinus, lib. 12. de Trin. c. 11. nisi ad ipsum,
à quo imprimitur; tuncque perfecta
erit, quando perfecta erit Dei visio,
simus quoniam cum apparuerit, simi-
les ei erimus, 1. Joan. 3.

Quoniam autem res corporea 90.
iuxta S. Thomam dicuntur vestigia Dei,
quia sicut ex vestigiis colligitur, quae
animalis species transierit, sic invisi-
bilia Dei per ea, quae facta sunt, in-
tellecta conspiciuntur, quamvis vesti-
gium dici nequeat imago, cum non ex-
hibeat proprios rei, cuius est indicium,
caracteres, indirectè tamen imago Dei
rehuet in corpore humano; quatenus
rectitudo eius indicat animi rectitudi-
nem; Quid enim indecentius, inquit

454

4

53

118. S. Bernardus, Serm. 24: in Cant. quam curvum
vultu corpore gerere animum? Et S. Au-
gustinus, lib. 83. qu. De rectitudine huma-
ni corporis scribit: Magis in hoc ad imagi-
nem et similitudinem Dei esse, quam
cetera corpora animalium merito vivere
potest.

91.

S. Secundus.

De gratia primi hominis.

Supra cap. 1. §. 2. Conclus. 3. adro-
tavinus, ante aetatem et ipsa aetate S. Tho-
ma plures Theologos duxisse Angelos non
fuisse creatos in statu gratia sanctifican-
tis. Ita hic etiam queritur, num Adam
in statu gratia sanctificantis creatus fue-
rit, et quia locis citato asserimus, An-
gelos in statu gratia sanctificantis crea-
tos fuisse; hinc ob rei et rationis parita-
tem modo etiam asserendum putamus
primum hominem in gratia conditum
fuisse, praecipue cum in Concil. Trid. asserat.

Id satis aperte Scriptura innuit,
Eclis 7. v. 30. Feit Deus hominem rectum.
Item Eclis 17. v. 6. Creavit illis scientiam
Spiritus, sensu implevit cor illorum.

Concilium Tridentinum Sess. 5.
can. 1. hanc, quam tuemur doctrinam
trahit tanquam in Ecclesia receptam et
indubitatum: Si quis non confitetur,
inquit, primum hominem Adam, cum
mandatum Dei in Paradiso fuisset tran-
gressus statim sanctitatem et iustitiam,
in qua constitutus fuerat, amisisse.....
anathema sit.

Id confirmant SS. Patres, pro
omnibus sit S. Augustinus, lib. De corp.
et grat. c. 11. ubi, Quid ergo? ait, Adam
non habuit Dei gratiam? Imò verò

...magis, qui
...Christi, qua est
...de grat.
...S. Augustinus
...22. retulimus
...habuerunt
...Kallistia, aut
...non enim
...est in
...aut Kallistia
...non fuit
...conditus est
...S. Doctus
...primum homi-
...line viti-
...qua est magis
...fuit cum spie
...gratia in
...non erat
...Augustinum lib.
...est, in q
...et tunc
...Adam cre-
...charitate, signi-
...et o
...nulleque m
...S. Augus-
...bona volun-
...et idem. Im-
...habetur in
...unde S. Au-
...Feit Deus, sicut
...rectum ac per
...omium rectus, et
...tantum. adeo
...cum bona volun-
...bono just-
...a creatus fuit

habuit magnam, sed disparem, scilicet à 119
gratia Christi, qua est hujus status. De qua
in Traut. de grat. vide etiam ea, qua
ex eodem S. Augustino Sup. c. i. §. 2. conclus.
4. pag. 42. retulimus.

Ratio etiam suffragatur. 1^o Adamus
aut cum Stultitia, aut cum Sapientia con-
ditus fuit, non enim datur medium aliquod:
Nemini dubium est, inquit S. Augustinus, om-
nes homines, aut Stultos aut Sapientes esse.
Atqui Adam non fuit conditus cum Stulti-
tia, nam conditus est sine vitio, creatus
est, inquit idem S. Doctor serm. ii. de verbis
Apost. c. 2. primus homo in natura sine ul-
pa, in natura sine vitio, proindeque sine
Stultitia, qua est magnum vitium. Ergo
conditus fuit cum Sapientia, adeoque eti-
am in statu gratiae Santificantis: siquidem
ea Sapientia non erat sine charitate, nam
juxta S. Augustinum, lib. 2. de lib. arb. c. 9. Sa-
pientia est veritas, in qua cernitur s. altem
imperfecte; et tenetur summum bonum.

2^o Adam creatus fuit cum per-
fecta charitate, siquidem creatus est cum
perfecta ~~charitate~~ et omni ex parte bona
voluntate nullique malo admixta, nam
juxta eundem S. Augustinum, lib. de grat.
Christi c. i. bona voluntas et charitas sunt
unum et idem. Enimvero creatus est rec-
tus, ut habetur ex Eccles. 4. v. 30. primum
laudato, unde S. Augustinus, lib. 4. de Civ.
c. iii. Sicut Deus, sicut scriptum est, homi-
nem rectum ac per hoc voluntatis bonae:
non enim rectus esset, bonam non habens
voluntatem. adeoque rectitudo idem
est cum bona voluntate, Ergo, s.

Bona justitia originalis, in 92.
qua creatus fuit Adam, praeter gra-

S. S. S.

120. tiam Sanctificantem, virtutes infusas, et au-
xilia actualia, plura alia dona complecteba-
tur, perfectam nempe Subordinationem
partis inferioris cum superiore. Nulla erat
in homine innocenti membrorum rebellio
nihilus concupiscentia motus, nulla imagi-
nationis, aut alterius sensus evagatio:
passiones ut nutum rationis expectabant,
sic ipsi imperanti non reluctabantur:
corpus non aggravabat animam, sed au-
juvabat: nulla in eo infirmitas, nulla
aegritudo sive ab intrinsicò et humorum
intemperie, sive ab extrinsicò, et ab
ullà creaturà infestante; rectus enim
ordo deprocebat, ut sicut mens per gra-
tiam Deo perfectè erat subdita; sic
corpus menti in omnibus obtemperaret,
et corpori inferiores creaturæ ad nutum
deservirent. Igitur primus homo, sicut
poterat non peccare in illo felici statu,
poterat etiam non mori, nam ex Apos-
tolo, Rom. 5. Per unum hominem pec-
catum in hunc mundum intravit, et per
peccatum mors, sed sine morte trans-
latus fuisset ad sedem Beatorum,
quamvis inestum sit, quanto tempo-
re in terra egisset.

Fuisset quoque in illo inno-
centia statu propagatum genus hu-
manum per carnalem generationem.
Nuptia essent, inquit S. Augustinus,
lib. de nupt. et concupisc. c. 1. etiamsi
nemo peccasset; fieret quippe sine
illo morbo s. concupiscentia. / semina-
natio filiorum in corpore vite illius

hinc quo nunquam fieri non potest in corpore ¹²¹
mortis huius. Verum heu! felix
ille Status, cuius hinc tristem memori-
am paucis egimus, brevi duravit tem-
pore, prout est unanimes omnium
Theologorum sententia, quamvis
de illius duratione inter se non con-
veniant; alii suspicantur Adamum
peccasse secundâ die à suâ creatione,
alii octavâ, quadragessimâ alii,
hinc enim propter Scripturae silenti-
um quisque in suo sensu abundat;
omnia tamen incerta.

S. Tertius.

De lapsu et peccato primi
hominis. 93.

Quatuor hic breviter expenden-
da nobis sunt 1^o Quanam causa fuerit
peccati primorum parentum. 2^o Cu-
jus nam speciei fuerit. 3^o Cujusnam
gravitatis. 4^o Denique quanam
poenae illud conseruta fuerint.

Quantum ad primum, Notandum,
inter causas primi peccati Adâ et Evæ
tres fingi posse externas, Deum, Diabo-
lum, et lignum Scientia boni et mali,
et unam internam, voluntatem ni-
mirum primorum parentum.

Certum est, Deum nullo modo
fuisse causam peccati, in quod lapsi sunt
Adâ et Evæ! Nam 1^o Deus nullam pec-
candi necessitatem imposuit creature
quam condidit: Delit eis namque

122. liberum arbitrium, per quod aut bonum aut malum agere possent. 2.º largitus est eis auxilium, quo possent perseverare in justitia, quam in creatione receperant, licet non conceperit auxilium, quo se ipsa perseverarent. 3.º Brevisio peccati, in quod erant lapsuri, nullum habuit influxum in primorum parentum voluntatem, ac proinde nullam eis peccandi necessitatem imposuit.

At vero Diabolus fuit causa extrinseca peccati primorum parentum, ut qui per Serpentem, eá ferè ratione, qua postea Angelus per asinam Propheta Balaam contusus est, vocem

* Cyrillus, l. 3. adversus Iulianum Apostatam aperit Serpentem illum non fuisse nisi serpentis simulacrum, Cajetanus in Comm. in genes. vult Serpentis vocabulo nec verum, nec apparentem Serpentem intelligi debere, sed metaphorice, Dæmonem nimirum, qui propter noxiam caliditatem, quæ pollet Serpentis aut aliorum animalium nominibus Sapiens appellatur. At sententia que dicit eum fuisse verum Serpentem magis cum contextu

mittens, illos ad Divina legis infractionem perlectavit. Lignum autem Scientia boni et mali, non fuit causa, sed occasio primi peccati primorum parentum; Serpens enim seu potius Diabolus ex eo occasionem sumpsit pellendi illos ad peccatum, prout Scriptura perspicuis verbis narrat.

Sola denique voluntas fuit interna causa peccati primorum parentum. Nam triplex tantum fingi potest interna peccati causa, ignorantia, concupiscentia, et voluntas. Atqui nec ignorantia, nec concupiscentia fuerunt causa primi peccati primorum parentum, ut supra diximus, eorum in illis autem peccatum non habuerint. Ergo sola voluntas fuit interna causa primi peccati, in quod primi parentes nostri lapsi fuerunt.

56

45

7

Quantum ad
liberum arbitrium
aut Deum c. 10
omnem ab eo, qui
quoniam in
causa, qua a
habuit.
Primi homi
in Gal. 118. pe
niti non fuisse
stant, habere, et
aut, esse voluisse
dicit. c. 18. au
ne, nec libidini
igitur prim
atum fuit inde
saltem condi
pendentia fo
et ha prim
nos hinc verbis
dicitur, licet
qui conditionat
adverum, ipse
est enim pro
tatis amor.
peccatum
no quidem ha
tur, quia au
mit, a mulier
idam comes n
dicitur 3.º
orum parentum
ulm ex objecto
aphema ex

Quantum ad 2^{um} certum est, ^{123.}
primum Adami et Evae peccatum fuisse ^{94.}
Superbiam. Initium Superbiae hominis,
inquit Ezechielus c. 10. v. 14. apostatare à Deo,
quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit
cor eius, quoniam initium omnis peccati
est Superbia, quae ad jumentam inobedi-
entiam, p. habuit.

Primi homines, inquit S. Augus-
tinus, in Gen. 118. per serpentem Decepti
et Dejecti non fuissent, nisi plusquam
aveperant, habere, et plusquam facti
fuissent, esse voluissent. Et h. b. 2. De
Genes. ad litt. c. 15. ait, eos Deo pares esse
voluisse, nec subditijs Dominatione esse.

Igitur primum Adami et Evae
peccatum fuit independentiae Deside-
rium, saltem conditionatum, hoc est,
si independentia foret possibilis: id enim
Adam et Eva primum desiderarunt, quod
Serpens hisce verbis pollicitus fuerat: Eri-
tis sicut Dei, scientes bonum et malum.
Atqui conditionatum illud independen-
tiae desiderium, ipsum est Superbiae pec-
catum, est enim propria exultantiae in-
ordinatus amor. Ergo primum Adami
et Evae peccatum fuit peccatum Superbiae.
In quo quidem Eva gravius peccasse
videtur, quia Adamum ad peccandum
induxit, a muliere initium... peccati, et
per idam omnes morimur. Ezech. 25.

Quoad 3^{ium} peccatum hoc pri- ⁹⁵
morum parentum gravissimum fuit, non
quidem ex objecto, quia idololatria et
blasphemia ex natura sua sunt pec-

capitis tertii Genesios
cohaeret, atque à Ba-
tribus unanimi fere
consensu propugna-
tur, unde et eam se-
quimur. Serpentem au-
tem ille non propria
ac naturali virulentus
est, sed ope Daemonis,
qui per illius organa
ita aërem movit, ut
vois hominum expresse-
rit. vid. comment.
v. i. c. 3. Genes. operis
nostri Biblii. an. 1751.
editi.

in paradiso se se absconderint à facie Domini. 125.

3^a poena fuit servitus sub libidine ac peccatō, imò et sub regnō omnium peccatorum.

4^a fuit impotentia operandi bonum, nisi intedectus et voluntas medicinali Christi gratiā sanarentur.

5^a fuit amissio libertatis ad bonum; unde necesse est, ut ad bonum operandum voluntas per peccatum mortua, per gratiam actualem aliquod vitæ initium recipiat: liberō arbitriō, ait Augustinus, Enchiridii c. 3. malè utens homo, et se perdidit et ipsum.

6^a fuit ejection à beatitudine in hujus vitæ miserias. Hanc ejectionem S. Augustinus, lib. ii. de genes. ad litt. c. 40. docet adumbratam fuisse per expulsionem à paradiso.

Septima peccati poena mors est, sive prima sive secunda. Prima mors, ait Augustinus, animam nolentem pedit à corpore: Secunda mors animam nolentem tenet in corpore: vocabunt enim damnati mortem, et mors fugiet ab eis. Utramque illam mortis speciem Deus primis parentibus, si peccarent, comminatus fuerat.

Veniam vero peccati sui consequuti sunt primi parentes nostri per fidem in Christum venturum; namque non est in alio alique salus, Act. 4. Et S. Augustinus, Ep. 102. alias 49. qu. 2. Etiam illi justii, inquit, salvi facti sunt, qui priusquam venisset in carne, crediderunt in carne venturum. Eadem namque fides est

120. et nostra et illorum, quoniam hoc illi credi-
derunt futurum, quod nos credimus fac-
tum.

~~757~~

8. 58

Venit ergo Christus in mundum,
ut hominem a servitute Diaboli, in qua
per peccatum detinebatur, liberaret.
Cur autem ad liberandum hominem po-
tius, quam Angelum venit, non alia occurrit
responsio, quam Apostoli, Rom. ii. Quis
... cognovit sensum Domini, aut quis con-
siliaris ejus fuit? ... Vide bonitatem
Dei in te, Severitatem in eos, qui dere-
lictii sunt. Convenientia tamen hae
afferri potest, quod peccatum Angelorum
fuerit personale, nec totam Angelicam
naturam infecerit, quemadmodum pec-
catum Adami totam humanam natu-
ram vitiauit. Unde merito colligit S.
Thomas, Filium Dei potius venisse
propter peccatum originale, quam prop-
ter peccata actualia; quia licet gravio-
ra sint, humanam tamen naturam uni-
versaliter non corrumpunt, sicut pecca-
tum originale. Sed de his plura se-
quenti de Incarnatione Tractatu.

Theses The
la prima part
Theol
De Deo Un
De
Deo Un
De existentia
1.
Dei nomine
iam, seu Ens a
a quovis alio
in omnium caus
existentia tam
modis infus
prope, ut ab
trari non imbr
Poni Asseta
videtur esse r
de cogitantibus
unde secundum
modum illius
suis constitutionis
sialis specifica
De divinis ab
erativum et in c
tat
2
Attributorum
si intelligimus
secundum prop
in Deo, et ab e
nietates emanan
Attributum di
factis simpliciter

*

Theses Theologicae
Ex primâ parte Tractatus
Theologici
De Deo uno et Trino.
De
Deo uno.

De existentia et essentia Dei.

1.

Dei nomine intelligimus subs-
tantiam, seu Ens aliquod perfectissi-
mum, à quovis alio independens, cetero-
rum omnium causam et originem,
cujus existentia tam profunde homi-
num cordibus ipsius naturae manibus
est impressa, ut aliis argumentis de-
monstrari non indigeat. Est uni-
cus. Porro Aseitas seu independen-
tia videtur esse perfectio, quae nobis
de illo cogitantibus prima occurrit, ac
proinde secundum nostrum concipi-
endi modum illius divinae naturae
gradus constitutivus, vel differentia
essentialis specifica.

De divinis attributis ge-
neratim et in communi spe-
tatis.

2.

Attributorum divinatorum nomi-
ne hic intelligimus formas absolutas,
quae secundum proprium suum esse exis-
tunt in Deo, et ab ejus natura tanquam
proprietas emanant. Definimus igitur
attributum divinum, quod sit,
perfectio simpliciter simplex, abso-

*

97. *Dieß alle, was
folgt, soll nicht
geändert werden.*

98.

99.

178. littere ac necessario De Deo predicabilis per
modum forme adjacentis.

100

3.
Inter attributa divina sic defini-
ta tum ad essentiam divinam tum
ad se invicem comparata nulla datur
distinctio realis, sive entitativa sive
modalis, sed duntaxat rationis, ratio-
cinata saltem, seu virtualis.

101.

De attributis divinis
singillatim consideratis.

4.
Deus est simplex spiritus, om-
nis proxiis compositionis expertus. Est in
omni perfectione infinitus et illimita-
tus. Est immensus, et per suam essen-
tiam rebus omnibus intimè presens.
Est omnino immutabilis. Solus est
aeternus, cujus aeternitas tota simul
est. Est summè bonus; justus; mi-
sericors; omnipotens; &c.

102.

De Visione Dei.

5.
Deus oculis corporeis nec visus
est unquam, nec videri potest; neque
etiam ab intellectu creato per solas na-
tura vires, et nisi quodam supernatu-
rali auxilio adjutus fuerit; nullatenus
tamen ab ipso comprehendere potest.

103.

6.
Anima justorum, quibus nihil
crendum superest, statim ac corpore
soluta sunt, et ante ultimum ac gene-
rale iudicium, intuitivè Dei visione
solvuntur. Illa verò, quibus post
mortem nonnihil superest expiandum,

Purgatorii poenis illud expurgare prius ^{129.}
tenentur, quam ipsis concedatur aperto
Dei conspectu frui. Datur ergo purga-
torium, in quo anime detenta viventi-
um suffragiis juvari possunt.

7. ^{104.}
Beati in coelo non vivent equali-
ter Deum, sed alii aliis perfectius pro
diversitate scilicet meritorum: adeoque
Beati non sunt equaliter omnes beati.
Enimvero justitia distributiva ratio
id necessario exigit, ut pro diversitate
meriti sit quoque diversa merces, p.

De Scientia Dei. ^{105.}

8.
Est in Deo Scientia proprie ac stric-
te sumpta. Se ipsum perfecte ac com-
prehensivè cognoscit. Omnes creatu-
ras, etiam possibles; omnia prete-
rita, presentia, et futura etiam li-
bera, contingentia ac conditionata
distinctè et singillatim cognoscit. An
verò hæc tum in illorum coexisten-
tia cum divina aeternitate, tum in
decreto absoluto physice prædetermi-
nante, atque in Scientia visionis,
vel autem in Scientia conditionato-
rum, quam patroni illius Mediam
vocant, eorum velut media sit inter
Scientiam simpliciter intelligentia et vi-
sionis, Deus cognoscit, omnino ignotum
nobis esse fatemur cum S. Augustino? * In Psalm. 49.
ades quippe ipsi hæc questio obscura et ex-
plicatè difficilis visa fuit, ut nihil circa
eam definire ausus sit. Id ipsum hætenus
profecto Ecclesie visum fuisse non im-

130. merito arbitramur, ut quae nihil adhuc
super hac questione definitur; ea igitur
silente, et nos merito scilicet.

106.

De Voluntate Dei.

9.

Esse in Deo proprie dictam vo-
luntatem nemo negat, quae se habet
per modum operationis, non vero
per modum potentiae seu principii
virtualis divinae volitionis. Eius
objectum materiale sunt Deus ipse,
et creatura, Deus quidem primum,
creatura vero secundarium. Forma-
le vero sola Dei increata bonitas.
Prout terminatur ad creaturas est
libera libertate contradictionis et
specificationis.

107.

10.

Voluntas Dei ex parte objecto-
rum, ad quae fertur generatim du-
plex à nobis viatoribus coniungitur,
signi videlicet et beneplaciti. Prior
est ea, quae per signum aliquod exte-
rius nobis à Deo declaratur, quo po-
tius signum est volitionis, quam voli-
tio, unde non est voluntas proprie
dicta, sed metaphoricè tantum.
Voluntas beneplaciti est qualibet Dei
volitio vera et proprie dicta. Sub-
dividitur 1^o in antecedentem et
consequentem: prior est qualibet
volitio divina, quae non supponit
usum libertatis creaturae: consequens
est, quae illum supponit. 2^o

in efficacem, et inefficacem. Efficax 131.
est ea, qua Deus sic aliquid vult, ut
determinatus sit ad superanda omnia
impedimenta, et ad adhibenda media,
quibus re ipsa illud fiat: hoc effectum
suum semper consequitur, estque
impossibilis cum opposito illius,
quod Deus intendit. Inefficax
est ea, qua Deus sic vult aliquid, ut
non sit determinatus ad superanda
omnia impedimenta, unde compo-
sibilis est cum opposito illius, quod Deus
intendit. 3^o Denique alia est
absoluta, alia conditionata: prior
est, que nullam involvit conditio-
nem ex parte objecti, seu rei volita:
conditionata est ea, que includit ali-
quam conditionem ex parte objecti
et rei volita. Absoluta prout effi-
caci conjungitur, semper impletur,
rei ipsi unquam resistitur: at con-
ditionata, cujus nempe conditio a
solo Deo non pendet, sed a libera crea-
ta voluntatis cooperatione, non
semper impletur. Nihil tamen
obest, quin dicamus Voluntatem
Dei, quatenus est universalis om-
nium rerum causa, semper h^o mo-
do ac sensu impleri.

11. 108.
Deus vera et sinceram necnon
beneplaciti voluntate vult omnes
homines salvos fieri, etiam repro-

137. *137* bos nullo excepto. Unde Christus pro omnium ac singulorum hominum aeterna salute mortuus est, non solum sufficientiam pretii oblatis, ut ajunt, sed etiam sufficientiam voluntatis offerentis; ac proinde eo animo eaque intentione sanguinis huius pretium Deo Patri obtulit, ut gratias mereretur, quibus omnes possent vere aeternam salutem consequi.

109. *109* De Providentia Dei.

12.

Providentia Dei est rerum omnium ad fines suos ordinatio, ac constans in tempore ordinis illius per certa media executio; cuius legibus res humane omnes, cuiuscunque sint ordinis, subjacent; unde nulla fatali necessitate, nullo fortuito casu reguntur ac gubernantur.

110. *110* De Predestinatione

13.

Predestinationis nomine hic intelligimus antecedentem ac aeternam creature rationalis in finem vite aeternae destinationem et praedestinationem. Alia est ad gratiam, alia ad gloriam. Prout utramque complectitur adequata à Theologis nuncupatur, ac definitur absoluta et efficax voluntas in Deo ab aeterno existens dandi gratiam et gloriam. Ea quae ad gratiam dicitur est gratuita, ita ut nulla sit ejus ratio seu causa ex parte praedestinati.

14.

138.

111.

Prædestinatio est certa ac im-
mutabilis, quin tamen ullam impe-
nat prædestinatis necessitatem, sed cum
eorum libertate stat et conciliatur.

De Reprobatione.

15.

112.

Reprobatio secundum nominis
etymologiam generatim idem signi-
ficat, ac rejectionem. Definitur
à Magistro Sententiarum, Brevi-
entia iniquitatis quorundam, et
preparatio damnationis eorundem.
à Durando autem, Brevitudo inerti-
tudinis aliorum ad vitam æternam,
et propositum eum ab eâ excludendi.

Reprobi igitur sunt ii omnes et soli,
qui in statu peccati mortalis mori-
untur, et sic æternum damnan-
tur.

16.

113.

In Deo datur absoluta et effi-
cax voluntas damnandi supplicis
æternis omnes, qui moriuntur
in statu peccati mortalis; adeoque
reprobatio positiva. Habetque
causam ex parte reproborum, nem-
pe peccatum mortale absolute præ-
visum.

O. A. M. D. G.

134
114.

Provisio.
Ad Theses ex parte 2^{da}
Tractatus Theologici De Deo
uno et Trino. et
Ex
Tractatu De Angelis
Seu De Deo Creatore.
Publica Disputationi expo-
sitas Die 18^{va} Aprilis an. 1746.

Alterâ primùm vice hoc an-
nò fructum Studii nostri palam ex-
hibitori in arenam Scholasticam des-
cendimus, paulò quidem tardius, quam
nobis proponeramus; verùm sat citò
si sat bene, præsertim ubi de rebus
adeò Sublimibus et arduis, quales com-
pletitur Tractatus De Deo Trino,
Seu De Augustissimo SS: Trinitatis
Mysterio, cujus velut compendium
exhibent Theses, quas modo publica
Disputationi exhibemus, agitur. Pro-
fectò fatentur omnes Theologi SS: Tri-
nitatis Mysterium omnium Religio-
nis Christianæ mysteriorum esse Subli-
missimum simul et difficilissimum,
unde de eo ait S. Augustinus: Nec peri-
culosius alibi erratur, nec laborio-
sius aliquid quæritur, nec fructuosius
aliquid invenitur.

Subjiciamus Theses ex Tracta-
tu De Angelis p. Seu Deo Creatore
depromptas, ut sic Disputationum
nostrarum intercedentem sarcinam
rebe videremur, atque quod alternis
vicibus nobis præstandum erat, simul
et velut uno iutu compleverimus.

Porro Tractatus iste, quamvis
 plerumque à vulgaribus Theologis nostris
 quodammodo negligi videatur, ut qui
 paucis Instaurat De illo mentionem
 faciunt, multa tamen continet non
 modo curiosa et utilia, sed etiam The-
 ologo Sicuti omnino necessaria, prout
 Theses nostrae ex illo Descriptae produnt.
 Unde eundem contemnendum non re-
 putavimus, quin contra, eâ, qua
 par est, diligentia excolimus.
 Reliquum est, ut p p.

parte 2da
 De Deo
 ins. et
 Angelis
 eatore
 tioni expo
 sibilis an
 im vice hoc
 osti palam
 Scholasticum
 em tardius
 verum latet
 im ubi de
 vobis, quales
 De Deo Triu
 SS: Trinitat
 compendiu
 modo p
 mes, agit
 Theologi SS
 unium Reliq
 orum esse
 i fideliu
 titimus: Ma
 r, nec labor
 nec fructu
 Reses ex Tra
 Deo Creator
 Disputatio
 nem lauris
 quod alter
 in erat, Sim
 lectimus.

136.
115.

Theses Theologicae
Selectae

Parte 2^a.
De mysterio SS: Trinitatis, et
Ex Tractatu de
Angelis p. seu de Deo Creatore.

Ex
Tractatu de Deo Trino.

De
Existentiâ SS: Trinitatis.

1.
Sanctissima Trinitatis Myste-
rium in eo positum est, quod una di-
vina essentia in tribus personis rea-
liter à se invicem distinctis, quarum
una Pater, altera Filius, tertia deni-
que Spiritus Sanctus nuncupatur, sub-
sistat. Igitur non solum Pater, sed
etiam Filius, et Spiritus Sanctus, sunt
unus idemque Deus, et tres diversa per-
sona.

De Processionibus Divinis.

116.

2.
Processionis nomine generatim
intelligitur emanatio seu origo unius ab
alio: unde processionem divinam defini-
unt Theologi, quod sit aeterna unius
persona divina ab altera seu à duabus
simul origo et productio. Duplex im-
tantat in divinis reperitur; una, qua
fit per generationem, qua Pater Filium
prodit, altera per Spirationem, qua
Pater et Filius unia aetione, et tan-
quam unus Spirator, Spiritum Sanctum
producunt. Hic ergo aequè à Filio ac
à Patre procedit. Discrimen autem,

inter generat
Spiritus h
quasdam
Theolog
statui potest
De Relatio
Relatio def
in respectu
omnis nunc
reales seu
Filius, Spi
sufficit. Int
Non disting
divina, u
ternitate c
tinguntur.
De divinis
4
Persona ex
rationalis im
subsistentia
Relogis limit
sue modus seu
plet ac termin
tanquam h
dem. Tres
lia relativa
t absoluta.
Tractatu de
de Deo C
de Angelorum
Angelos eni
clarat. Com

quod inter generationem Filii, et processio-
nem Spiritus Sancti, intercedit, quam-
vis illius quaedam verisimiles rationes
afferant Theologi, ex una tamen fide
certo statui potest.

De Relationibus Divinis. 117.

3.

Relatio definitur à Philosophis,
Ordo seu respectus unius ad aliud. Qua-
tuor omnino numerantur in Deo rela-
tiones reales seu originis; scilicet Pater-
nitas, Filiatio, Spiratio activa, et Spi-
ratio passiva. Sicutque vera perfectio-
nes. Non distinguuntur realiter ab
essentia Divina, uti nec spiratio acti-
va à Paternitate et Filiatione reali-
ter distinguuntur.

De Divinis Personis. 118.

4.

Persona ex Boëtio definitur, na-
tura rationalis individua substantia
seu Subsistentia. Subsistentia
à Theologis sumitur pro personalitate,
estque modus seu forma, quae naturam
complet ac terminat, eamque reddit
alteri tanquam supposito incommuni-
cabilem. Tres sunt in Deo Subsis-
tentia relativa; nulla vero commu-
nis et absoluta.

Ex
Tratatu De Angelis seu
De Deo Creatore p.
De Angelorum existentia et natura. 119.

5.

Angelos existere S. Scriptura aper-
te declarat. Porro Angeli nomine in-

130. colligimus Spiritum quemdam creatum
hō modo completum; seu Angelus est
Substantia creata, omnis materia ex-
pes, completa et intellectuālis, cuiusum-
que sit ordinis. Dantur boni et ma-
li. Bonō in errore fuerunt Veteres
illi, qui Angelos corporeos esse aut cor-
pora sibi naturaliter unita habere pu-
tarunt. Sunt etiam immortales.

120. De Angelorum Authore.

6.

Tride certum est, Angelos sive
bonos sive malos Deum habere autho-
rem, adeoque ab ipso creatos fuisse. Si-
mul cum mundo visibili, necnon beati-
tudine naturali duntaxat, atque
in statu gratiā sanctificantis, creati
fuerunt.

121. De proprietatibus Angelorum.

7.

Angelus naturaliter se ipsum, et
omnes alias Substantias tum materiales
tum spirituales, quibus est intimè præ-
sens, aut quibus eum intentionalem
habet unionem, intuitivè cognoscit.
Non tamen secreta cordium naturali-
ter certè cognoscere potest. Deum ve-
rò naturaliter quidem, sed abstractivè
duntaxat cognoscit, at supernaturali-
ter intuitivè.

122. De Angelorum amore

8.

Amor est motus, quo voluntas fer-
tur in bonum. Angelus se ipsum, crea-
turas mente præditas, et Deum diligit,
sed diversimodè: sibi enim et creaturis

mente praeclatis vult parem, Deo autem
Summum honorem summamque glori-
am. Amor ista naturaliter immu-
tabilis esse non videtur. Quilibet
homo habet suum Angelum bonum cus-
todem; non tamen Angelum malum
sive tentatorem.

139.

De merito Angelorum.

123.

9.

Conditiones requiritae ex parte quae meritum
operantis haec sunt, ut sit liber, viator,
in statu gratiae sanctificantis; ex parte
operis vero, ut sit bonum tum ratione
objecti, tum ratione finis; deinde ut
fiat ex impulsu gratiae actualis. Haec
autem conditiones locum habuerunt in
Angelis; unde meruerunt augmentum
gratiae sanctificantis, et beatitudinem
supernaturalem, quae posita est in in-
tuitiva Dei visione.

De primo peccato Angelorum
et eiusque poenis et suppliciis.

124.

10.

Primum Angeli peccatum fuit
peccatum superbiae, quod scilicet inor-
dinate, hoc est, propriis viribus voluerit
acquirere suam beatitudinem, in qua
se ipso foueretur, tanquam sibi suffi-
ens, et ceteris similis Altissimo. Solus
enim Deus sibi est beatitudo. Dæmo-
nes statim post peccatum suum fuere
detrussi in infernum aeternis suppliciis
in aeternum cruciandi: rejicienda igitur
est veterum quorundam opinio,
qui arbitrabantur Dæmones non statim
post peccatum suum in infernum detrussos
fuisse, nec suppliciis iam affici aeternis.

146.
125.

De aspectabilis Mundi hujus
productione
11.

Mundus à Philosophis definitur,
Compages à celo, terrâ, atque iis natu-
ris, quæ intra ea continentur coag-
mentata. Eternus non est, sed à
Deo in tempore creatus, eo quidem or-
dine, quem Moyses c. 1. Genesis recen-
set.

126.

De Creatione primi hominis,
12.

Adam primus omnium hominum
à Deo ad imaginem suam, et in gratiâ
sanctificante creatus fuit, quam sub-
inde Superbia peccato suo, quo inde-
pendentiam, ex inordinatâ propria ex-
cedentia amore, à Deo, si possibilis fo-
ret, desideravit, amisit, quod peua-
tum, et si illius veniam consentus sit,
varia tamen poena consenta sunt.
Repellendi proinde sunt Novatores, illi
qui, ex malè inteductis Apostoli Rom.
5. verbis, Suspicionem injicere conan-
tur, ante Adamum alios extitisse
homines.

O. A. M. D. G.